Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2




Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2


Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

Bibliotheca Regia publica
DA BOK

~~576 8°~~

LN 125
ex. 2

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
KØBENHAVN

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

32 Bl. 29 Lin. Sign. A–D a 8 Blade. cpl

LATI
mogienſi
datam exil
ti DE
uete

Non da
minum ,
& domi

Add
more ad
Epiſtol

M

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

EXPOSTVLATIO PETRI LAVRENTII MALMOGIENSIS Ad Canonicos Lundenſes, aduerſus temerarie latam exilijſente n tiã et cõdemnationem in quoſdam uerbi DEI precones, contra manifeſtum DEI uerbum ueterum conſiliorum canones, Et ſanctorum patrum & ueræ eccleſiæ doctrinam

OSEE V

Non dabunt cogitationes ſuas ut reuertantur ad dominum, quia ſpiritus fornicationis in medio eorum & dominum non cognouerunt

Addita eſt epiſtola eorundem canonicorum, qua ſuo more ad Expoſtulationem reſpondent, una cum eiuſdem Epiſtolæ reſponſione & ce.

MALMOGIE

Anno M D xxxiij

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Andreas I. flensburgens

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

CHRISTIANO & pio lectori ſalutem

NOn decreuerã hãc meam expoſtulationẽ typographis excudendã cõmittere. Sperabã enim aliquid iuditij & æquitatis in Canonicis illis reliquum fuiſſe, quod ad tam claram exclamationem, poſt grauem ſoporem euigilare poßet. Cum autem uideam me littus araſſe, & nõ modo odium cæcitatis ipſorum in me prouocaſſe, uerum etiam manifeſtum execrationis & maledicẽtiæ contemptum. Ideo ſub tuum & orbis Chriſtiani iudicium hanc emitto, ut diſpicias utriuſq; cauſã & æque ualeas iudicare. Bene uale.

¶ OLAVI CHRYSOSTOMI CARmen ad lectorem

Venditur hic paruus, paruo licet ære libellus
Occulit ingentis utilitatis opes
Nam docet à uero, falſum dinoſcere, recte
Iudicium, & fructus huius ab alterius.
Quæ noua, quæq; uetus dicenda eccleſia iure, et
Vtraq; quã uiuo picta colore uenit
Et quantum impietas, pietatis imagine ſumpta
Lędit & in uitæ protrahit exitium
Diſcas & hic qui ſunt ueri ſine cornibus hirci
Et quibus inuiſus connubialis amor
Quam noua concilijs quæſtum ſpectantia cædunt
Priſcis, quæ ſpirant dogmata ſancta dei
Et quantum ſeſe produnt mendacia, quamuis,
Perſonam ueri ſæpius accipiunt
Deniq; ut idolum, cum Chriſto pugnat aperte
Romanum, & leges fert ſine fine nouas
A Chriſto mundum, miſere quibus duocat omnem
Quas & raſorum mordicus ordo tenet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

VENERANDIS ET PRVDENTIBVS VIRIS Dominis LVNDENSIS eccleſiæ prælatis & Canonicis, Gratiam & pacem, & ueritatis cognitionem in CHRISTO

AMicam expoſtulationem, uos haud contēpturos, aut aduerſaturos mihi perſuaſi domini mei, quos amicos in Chriſto, etſi modo non ſitis, odio cauſæ obſtante, cupio tamen ut cognita tandem ueritate, quandoq; ſiatis, Domino utcunq; ſecus uertente, dubie currentem aleam, quàm quidam ueſtrū uolunt, uel etiam credunt, Nam dextera excelſi non difficile poteſt, queq; etiam carni incredibilia, uertere in ſuā gloriam, & ueræ ſanctæ eccleſiæ catholicæ in ſalutem. Sit igitur hoc, huius amicæ expoſtulationis principium, quod oro ut una cum aliis quæ dicentur, bono ac placato animo (ſi iuſta uidetur noſtra expoſtulatio) ſuſcipiatis. Audiui primum, iam hiſce diebus, deinde & re ipſa, certiſq; ſcriptis & obſignatis literis, comperi, IVDICIVM non æquum à ueſtrum pleriſq; exiiſſe, aduerſus pium & bonum uirum D. Olauum Bing, paſtorem Helſinborgenſem, & paulo poſt contra Landiſcronenſes

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

& Trelleborgenſes eccleſiaſtes,longæ inuidiæ et ueteris odij, ut uidetur, argumentum,& manifeſtum ſignum, ob Euangelium Chriſti ſyncerius prædicatum,& propter abuſus quoſdam in rebus ſacris & eccleſijs abolitos

Iſtud enim ueſtrum conſilium,et iudicium,fuerat iam diu alta mente repoſitum,ante pij principis Frederici mortem,quod nunc tandem a fatis eius erupit,& contra pauperes hos preualuit omniũ primos,Et à uobis,(ſit uenia dictis)iudicibus & ſenibus Iſraël,egreſſa eſt iniquitas hæc,ut nulla iuſta et legittima cauſa dicta,ſed ficta hæreſeos calumnia,inaniq; uerborum apparatu,quinpotius tumultu, quibus indoctis laicis fucum facitis & imponitis cauſamq; aggrauare imperitis uidemini,ſic agitis ut nigra in candida,& candida uiciſſim in nigra facili negotio uertere poſſitis

Vbi,domini mei & amici,ubi inquam timor domini in uobis? Vbi æqui iuſtiq; reſpectus?Vbi tremendi iudicij dei,breui in uos uenturi conſideratio?Vbi ſyncera tanti tamq; immẽſi negotij,in cauſa hæreſeos,ut dicitis perueſtigatio?Vbi oportunus legalis & chriſtianus proceſſus contra eos quos dicitis reos?Vbi manifeſtatio erroris & uictoria per uerbum DEI clarum & manifeſtum, non per Clementinas & papiſticas ſanciones? Aduerſus quẽ fidei & ſanctæ ſcripturæ articulum hij pauperes peccarunt,aut pertinaciter errarunt?Siccine uos iudices & iudicum aſſeſſores, decet pro ueſtra libidine proq; ueſtro odio,dicere et iudicare hæreticos? Quorum hæreticorum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ut nulla eſt peior impietas aut nocentior apud Chriſtianos peſtis & mortis eternæ occaſio. Ita & horum cauſæ inueſtigatio & damnatio, uere pios, & in diuinis ſcripturis doctiſſimos requirit iudices & pronunciatores, qui ſenſus in ſanctis literis (potiuſq̃ in rationarijs uenationibus pecuniæ ſtudijs & carnis uoluptatibus) habeant exercitatos. Conſiderate uos domini, & in uos ipſos ingredimini, abſq; φιλαυτία, quæ utiq; peccati & impietatis radix eſt, an uos tantam habeatis ſcientiam, tantumq; ſacræ ſcripturæ & ſpiritus dei iudicium ut tute ac bona conſcientia, poſſitis & audeatis cauſam tantam tractare & iudicare? Hic ueſtra urgebitur conſcientia, quæ eſt uobis mille teſtes. Sed reuera, quod ueſtra uenia dixerim, ſi paulo plus dei ſapientiæ, timoris, & ueri cognitionis, in uobis fuiſſet, horruiſſetis uel innocentes condemnare, uel inique eorum damnationi & triſti exilio conſentire. Quin potius erubuiſſetis, apud homines ullius ſenſus & fidelis iudicij, dicere hæreſim eſſe, laicis utramq; partem integritatis Sacramenti Eucharistiæ dare. O DEVS, O ueritas, O cœlum, O terra, O omnis creatura teſtis. Hoccine eſt hæreticum, laicis integrum ſacramentum (quemadmodum Chriſtus inſtituit) dare? et apoſtoli eorumq; ſucceſſores & tota Chriſti eccleſia, plusq̃ mille annis, in uſu habuerunt & paſſim ſeruarant ferme ad Conſtantienſe uſq; illud nuperum Concilium, Anno Dñi M cccc xv habitũ in quo cõdẽnata erat participatio alterius ſpeciei cõtra Chriſti apertam inſtitutionem & eccleſiæ pium & conſtantem uſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

Sed quantum illud & alia pridiana concilia (in quibus papæ dominatum & ſummam rerum tenuerunt) eccleſiæ dei, & communi paci profuerunt, iudicium eſto aliorum Nos de Chriſti inſtituto loquimur, & de ſanctæ uere catholicæ eccleſiæ fide & uſu in hoc ſacramento

Eodē ueſtro iuditio hæreſeos accuſatis & cōdēnatis ueſtra decreta & Gelaſiū papā, de cōſe. diſtinc. ij. ca, Cōperimus. Vbi dicitur ꝙ nedum ſacerdotes (iuxta ueſtram falſam glo. & rubri. ſed omnes, nam in genere loquitur papa, debent integrum ſacramentum & myſterium ſuſcipere, uel ab integro arceri. Quia, inquit diuiſio unius eiuſdemq; myſterij, ſine grandi ſacrilegio, nō poteſt prouenire Quod item utraq; ſpecies ſit communis omnibus Chriſtianis, habetis ibidem ca. Qui manducat. Hoc idem & D. Ambro. teſtatur. Et habetur ea. diſtinc. ca, Quotieſcunq;. & ca. ſi non Et beatus Hilarius idem confirmat ea. ca. In cœna. Atq; idem aperte docet. S. Auguſt. ea. ca. Cum frangitur. Quorum omnium plena uerba una cū ſententijs diui Chryſoſto. Cyrilli & aliorum ponerem, ni timerem epiſtolarem modum me exceſſurum. Loquuntur autem palam ac docent de utraq; ſpecie ſumenda, tā à laicis quàm alijs, iuxta CHRISTI inſtitutionem. Quòd ſi adhuc non ſufficit uobis CHRISTI inſtitutio & generale præceptum ad omnes, & tam manifeſta D. Pauli doctrina, cum hijs canonibus, & ſanctorum dogmatis & ſcriptis. Et Cyprianum idem docentem uidete, qui etiam in ſermone de lapſis refert, puellæ cuidā etiam inuitæ in os infuſum ſanguinem CHRISTI, ne Chriſti inſtitutio & eccleſiæ uſus uiolaretur, Videte

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

& D, Hieronimum in Sophoniæ cap, iij. Legite & alios ſanctos patres (ſi uultis eſſe iudices) & inuenietis eos conformiter cum Chriſto & D, Paulo docentes, integrum ſacramentum, id eſt, corpus & ſanguinem, ex calice laicis dandum, Num & hij ſancti ſunt uobis hæretici, quia laicis ſanguinem de calice dederunt, & dandum docuerunt? Non exiſtimo uos hoc dicturos, ob ipſorum reuerentiam, quia ſancti dicuntur, & ſunt,

Sed eo, ni coniectura fallor, confugietis, ab hac Charybdi in Syllim caſuri, ut dicatis iam eſſe hæreticum laico ſanguinem communicare, poſtq̃ eccleſia hoc Chriſti inſtitutum mutauit & prohibuit, propter certas & notabiles, ut dicitis, cauſas. Obſecro domini mei & amici in Chriſto, quænam illæ cauſæ? Cur non illas dubijs & trepidantibus conſcientijs declaratis? Maximas nimirum & grauiſſimas cauſas eſſe oportet, quæ domini æternam legem, & Chriſti tam ſeriam & ad ſalutem neceſſariam, debeant uel poſſint mutare inſtitutionem. Mirum itidem, ꝙ Chriſtus has cauſas non prænouerit, ut utramq; partem laicis non inſtitueret, quo ab hæreſeos periculo, & damnationis ſententia, tam miniſtrantes quàm accipientes liberaret. Sequitur proinde, uel Chriſtum imprudenter, ne dicam male inſtituiſſe hoc ſacramentum integrum ipſe neſciens, uel non aduertens, magnas & notabiles cauſas ſubtrahendæ laicis alterius partis. Vel certe, quod uerius eſt, ueſtram, quam deo & eius inſtitutioni, præfertis Romanam eccleſiā, temere & impia quadam audatia & præſumptione Chriſti inſtitutum, apoſtolicam & ſanctorum patrum doctrinam, & longiſſimum ſanctæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

& ueræ Chriſti eccleſiæ uſum peruertiſſe & prophanaſſe in hoc ſacramento. Addo quod illa nequaquã Chriſti eccleſia dici poteſt, quæ non manet ſubiecta uerbo, ordinationi & uoluntati ſponſi ſui Chriſti. Sed adultera eſt ſponſi contemnens iuſſa, & carnis ſenſusq; ſui libidinẽ ſequens, ut inquit D. Auguſti. Et de Cõſe. diſtinct. iiij. ca. Prima. Propterea inquit Aug. ſancta & catholica eſt eccleſia, quia recte credit in deum, non quia recedit à deo & eius inſtituto. Præterea ſub maledictione iuſſit dominus nihil addendum uel minuendum uerbis illius. Et iſti Romanenſes ſycophantæ, neſcio qua amentia & quibus furijs acti, Chriſti uerba & inſtitutum minuunt & tollũt quia ſic placet illi idolo & Antichriſto, qui in locum et ſedem domini ſeſe ſuperbe extulit. Et ſupra domini uerbum ſe exaltauit

Vbi & unde, quæſo, Romanæ eccleſiæ, aut ulli ſiue Viennenſi, Conſtantienſi, aut cuiuis alteri concilio tanta authoritas, ne dicam temeritas ut audeat Chriſti inſtitutionem impedire, uel prohibere, aut nouos fidei articulos condere? Nõne uel in hoc uidetur Romana illa eccleſia, cum ſuis conciliabulis, facere Chriſti eccleſiæ neceſſarium articulum, dum ſub pœna & damnatione hæreſis & periculo ſalutis, ut dicitis iubet laicos abſtinere ab altera parte integritatis, ſacramenti. Et eos ut nos iudices facitis, ſacerdotes pronunciat hæreticos & in exilium abigendos, qui laicis ſanguinem ex calice miniſtrant. Hic doceri cuperem (cupiunt & hoc ipſum ij quos damnatis) hanc poteſtatem, uel authoritatem, à

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

quo uel unde Romana ecclеſia acceperat? quam certe Chriſti & catholica eccleſia non habet nec unquã habere cupit. Quæ in hoc, perfecta glorioſa et potens eſt, ꝙ uerbo dei ſit ſubiecta et obtemperans. Et perfecte ſibi proſpectum nouit et credit, per ſanctam no. et ueteris teſtamenti ſcripturam, quæ eſt eius conſummata regula, in qua nihil deſyderatur ad ſalutem et optimam eccleſiæ πολιτείαν ut inquit diuus Paulus ad Galatas ſexto, & .ij. ad Timotheum tertio. Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, eſt utilis ad doctrinam, ad redargutionem, ad correctionem, ad inſtitutionem, quæ eſt in iuſtitia, ut integer ſit homo dei ad omne opus bonũ apparatus. Et quicunq; hanc regulam (non Papæ, non Franciſci, non hominum) ſequutus fuerit pax ſuper ipſum, et ſuper Iſraëlem dei, non in carne ſed in ſpiritu glorіantem.

Sed huc unde digreſſi ſumus redeamus. Fingitis ex ueſtro capite & dicitis. Non opus eſſe laicis ſanguine ex calice, & inſignem adducitis ueſtram non ſcripturæ rationem dicentes, Viuum & perfectum corpus nõ eſſe absq; ſanguine, atq; plærasq; alias friuolas ut piget pijs auribus referre cauſas. Cum igitur ibi ſit ſanguis, cur ſacerdotes non ſunt contenti ſolo corpore absq; calice? Nonne et Chriſtus nouit in corpore eſſe ſanguinem et tamen ſeorſum dat ipſum ex calice?

Cur proinde tanto apparatu & negotio poſt conſecratum et datum panem etiam calicem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

adornat & porrigit, iubens ut bibant ex eo, omnes, ſi nõ
hic quoq; attineat ad ſacramenti & Cœnæ integritatem
omnesq; concernat? Sed & hic nouam ueſtræ ſapientiæ
gloſſam adducitis, ut Chriſti inſtitutum ſubuertatis
dicentes, ad apoſtolos tantum, qui ſoli tum aderant,
Chriſtum fuiße locutum, & hij non laici ſed ſacerdotes
erant, Recte, at eadem dialectica ratione dicemus. Ergo
& ſolum ad apoſtolos, cum non adeßent alij, de corpo-
re dixit, Accipite & edite. Et ſic nec laici corpus quidem
accipient, & toto ſacramento priuabuntur, uirtute ueſtræ
gloſæ. Sed non absq; inſigni quadam emphaſi ac ſerio
in calicis magis quàm in corporis datione, addidit. Acci-
pite & bibite, OMNES propter hanc hæreſim negati
calicis, quam nouit tandem ſub impietatis ueſtræ regno,
futuram, Similitudo autem huc adducta, de perfecto &
uiuo corpore, quod non eſt abſq; ſanguine. Secundũ ue-
ſtrum ſenſum nimis carnaliter & groſſe, quod aiunt, ad-
ducta eſt, Cum alio modo ſpirituali & myſtico ſe habe-
at huius corporis & ſanguinis ſacramentum, & ſpiritus
in ſe contineat ſignificationem, qui & laicos quoq; non
ſecludit, ut habetur etiam in gloſa ca. Comperimus. ſecun-
da diſtinct, de Conſecratione

Summa, Chriſtus et eius in Paulo ſpiritus, præcipiunt
& dicunt, Accipite et bibite omnes, Et eccleſia, ſanctorũ
concilia & uſus ſic, ut debuit, obſeruauit. Num igitur ſe-
quẽtes dominicã inſtitutionẽ, uolũtatẽ & eccleſiæ uetuſtiſ
ſimum uſum, Romana aut Lundenſis eccleſia nos hæreti-
cos facere et iudicare poterit, ſi eius recenti et temerario
decreto, non obedierimus, miniſtrando laicis ſanguinem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ex calice? Deus & Paulus dicunt, accipite & bibite, Romana illa nupera & recens eccleſia cum ſuis conciliabulis adeóq; ſuis iuratis ueris hæreticis, ſi pertinaces fuerint, dicunt, non accipietis, neq; bibetis ex calice. Iam uos boni uiri & amici depoſito affectu pertinaciæ & temeritatis ueſtræ, diſpicite & iudicate, cui uel quibus magis obediendum eſt? Videte ne erretis, ut uere erratis, ignorantes ſcripturas, & uirtutem dei in ipſis. Porrò uobis imponit, & contra manifeſtam ſanctam ſcripturam & ueterum patrum doctrinam, in errore uos detinet ueſtra conſuetudo, & noua uetuſtas patrum, quam eccleſiæ eſſe dicitis

Si igitur tantopere uetuſtas ipſa & conſuetudo apud uos religioſa eſt, & in precio, ut nihil præ illa mutandum putetis, ut etiam nec id quod iuris diuini eſt reſtituere audeatis. Iam prudentiore conſilio potius imitemini & obſeruetis longiſſimam & uetuſtiſſimam conſuetudinem mille & pluſquàm ducentorum annorum in miniſtrãdo plebi calice. Quæ conſuetudo fulcitur uerbo & ueritate domini, & uſu & approbatione plurium ſæculorum, q̃ illam conſuetudinem, quæ ſine uerbo domini, immo cõtra ipſum nata eſt, ferme intra ducentos annos. non uere ob graues ſalutis eccleſiæ cauſas, ut dicitis, ſed temerarie & impie. Nam temerarium & impium eſſe oportet, quicquid præter & contra dei ordinationem, uerbum & inſtitutum naſcitur in re doctrinæ ſalutis eccleſiæ. Hic uos obteſtor, per ueſtram ſalutem, ut ſyncere ac ſerio uideatis ueſtra decreta & ſententias ſanctorum patrum. de Conſuetudine, diſtinct, viij. per totum. Et inſuper quã

tum fidei & honoris diuinæ ſcripturæ, præ patrum dictis & conſtitutionibus debeatis. diſtinctio. ix. ferme per totum

Eſt & alia ut uobis uidetur cauſa, quæ hæreſis malo et ſuſpitione non caret. Quod hij pauperes exilio damnati contempſerant, ut dicitis, et imminuerant eccleſiæ ſacramenta. Et quia in literis ſententiæ damnationis ipſorum non exprimitur quo modo aut qua in re, quibuſue uerbis, hoc egerant, aſſequi plane non poſſum, Ducor autem coniectura, ut contemptus ille ſiue imminutio hæc, ſit huiuſmodi, quod duo tātū inſignia, ac proprie dicta ſacramenta aſſeruerant quē promiſſionem pariter cum ſigno, habent annexam, in nouo teſtamento, Quæ Auguſtinus, & poſt ipſum magiſter, ille Rapſodus ſententiarum, & ſcolaſtici doctores uocant neceſſaria, ſcilicet Baptiſmum & Eucharistiam, Tametſi horum nonnulli, absq; cauſa neceſſitatis, addunt pœnitentiam. Quod iuxta Pauli doctrinam, nihil aliud eſt, niſi perpetua quædam & iugis baptiſmi memoria & reintegratio effectusq; mortificationis in baptiſmo accepte. Baptiſmus enim uere pœnitentiæ & mortificationis exordium eſt, cuius actus in uere Chriſtiano continuari debet usq; ad mortem & ueteris Adam ſepulturam, Si igitur in hoc docendo, hæretici ſunt, erit & clara & manifeſta ſcriptura hæretica. Et ipſe D. Auguſtinus, in ſecundo de ſermone domini in monte, Et alij quidam ſancti qui hoc ipſum docent ex ſcriptura

Porrò quod ad pœnitentiam attinet, ipſa eſt quotidia

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

na peccatorum recordatio & noſtri humiliatio, ut loquitidem Auguſt. ad Seleucianum. Praeterea in alio ſermone de natiuitate domini, Vera pœnitentia nihil eſt niſi odium peccati & amor domini. Et quid quaeſo baptiſmus & abiuratio promißionibus in ipſo facta aliud eſt, quàm peccatorum recordatio cum cordis humiliatione, deteſtatio item peccati, cum promiſſo amore & obſequio dei, ut baptizatorum catechiſmus palam oſtendit? Quid igitur pœnitentiam, ſacramentum noui teſtamenti ab alijs ſeparatum facere operprecium erit?

Non negarunt ipſi à uobis damnati, reliqua ab hijs duobus, ſacramenta eſſe, iuxta uulgatum modum loquendi de ſacramentis. Sed tantum duo aſſerunt ſecundum exactam rationem, quod etiam opinionum (id eſt ſcolaſtici) doctores docent. Quae igitur hic haereſis? quod peccatum ipſorum? Cur hic nulla rationabili cauſa dicta, hoc in iſtis pauperibus damnatis, quod in alijs non modo tolleratis, ſed et ſuſpicitis tanquàm catholicum & pium? Sed erratis, ueſtra uenia, erratis neſcientes ſcripturas & uirtutem dei in ipſis. Quales igitur & quàm idonei iudices in tam ardua et ſeria cauſa, in quam doctißimi quique & deum timentes non audent pronunciare, Timetis ne deum breui à uobis exacturum iſtud iniquum iudicium, etiam ſi uindictam hominum effugeritis?

¶ Iam de tertio, quod uidetur caput & ſumma cauſae condemnationis haereſeos aduerſus oppreſſos illos & inopes, quod ſcilicet relicto

ſpurciſsimo & impuriſsimo papiſticæ eccleſiæ cœlibatu, legittimas in domino duxerunt uxores, quas impudenter dicitis, dicitis autē, at nō probatis, nec eſſe, nec unquā poſſe illis legittimas fieri, ſecundū uniuerſalis eccleſiæ ius et conſtitutionem. Hic obnixius uos obſecro cur, ceſſātibus iuris diuini impedimētis, quæ habentur Leuitici xviij, non ſint nec fieri poſsint legittimæ, aut uere legitimorū uxores? Et quo modo hoc probare poſsitis ſyncere ex ſcripturis uel etiam ex ueſtris decretis uerbo dei conſentaneis? Maxime cum uterq; id eſt tā uir quàm mulier ſit homo, natura & conditione, ad mutuum adiutorium & prolis generationem à deo creatus, & huic præcepto obnoxius Creſcite et multiplicamini, &c,

Quam naturam & conditionem, adeôq; præceptū illud, q̄diu non tollitur miraculoſo dei dono ſingularis caſtitatis aut priuilegio, nemo tollere poteſt, nec inuertere ulla humana lege, nec aliquo uoto aut iuramento. Quid enim meum aut tuum imprudens uel ſtultum uotum dei inſtitutionem, & hominum naturam infringere & mutare præſumere audeat? Nonne omnes experimur uim inditam naturæ, quæ dum non poteſt legittime operari, ꝙ alijs impuris modis ſe exerit? Teſtes huius ſunt, regni pontificij abominandæ & innumeræ ſcortationes, turpiſsima adulteria, ſcelerati inceſtus, & ex hijs fructus innumerabilis prolis, quantumuis ſacerdotes et clerici abiurauerant legitimum coniugium, et uotis iuramentiſq; diuerſum ſe facturos aſtrinxerant, Nam ob ſtulta et uana uota & iuramenta nihil minus in ſe experiuntur operationis naturæ, ut Horatius ille dixit Naturam expelles Furca tamē uſq; recurret. Sed quia ſtulte & impie contra diuinam or-

dinationem & præceptum ſcripturæ ſic uouent & iurant in ſtultum & turpem impudicitiæ exitum, uota & iuramē ta illorum dilabuntur, ut teſtis eſt mundus, & nemo non uidet, niſi qui nihil prorſus uidet. Hæccine ipſorum puritas eſt, pro qua hodie impuri illi digladiantur, & cœlum terræ miſcere conantur, iugi blaſphemo ore, noſtra ſancta coniugia, ter illi adulteri, adulteria furioſe atq; inſanientium more appellantes?

Optarem præterea & hoc apertius audire & intelligere, quæ nam ſit illa uniuerſalis eccleſia, cuius iuri & conſtitutioni coniugium ſacerdotum aduerſatur? Si Romanam, cum ſubiectis ſibi particularibus eccleſijs, intelligere uultis, falſum eſt q̄ illa ſit uniuerſalis eccleſia. Nam illa, ſi tamen uere fidelis eſt, non niſi pars uniuerſalis eccleſiæ eſt, Nec illa uniuerſalē eccleſiā, nec uniuerſalis eccleſiæ membra, ſub ſuas regulas, et traditiones. coartare poteſt, teſte D, Hieronimo ad Euagrium, etiā nec in hijs quæ puri humani iuris ſunt, quanto minus contra dei ordinationem & ſcripturæ autoritatem, que ſacrum coniugium, nedum liberum indifferenter omnibus, niſi diuino iure exceptis, permittit, ſed et præcipit his præcipue qui miraculoſam caſtitatem, ſingulari dono a domino nō acceperant

Porro nec catholica, id eſt, uniuerſalis illa ſanctorum hoc eſt, uere fidelium eccleſia CHRISTI ſcilicet ſpōſa unquā tam temeraria aut preſumptuoſa fuit, nec erit, ut quicq̄ uel conſtituat uel prohibeat. quod ſacræ ſcripturæ, & ſponſi inſtitutioni & uerbo aduerſetur, quemadmodum uere illi aduerſatur uiolenta illa ficti cœlibatus cōſtitutio et ſacri ſacerdotalis coniugij prohibitio, Quæ

igitur eſt illa quam dicitis uniuerſalem eccleſiam?

An ſic ludendum putatis in nomine eccleſiæ uniuerſalis, & re tam ſeria, ubi agitur de innocentium damnatione & exilio? Poteſtis quidem, domino ſic permittente, ad tempus ludere pauperes & ignaros, & ſimplicibus conſpicilia naſo, ut aiunt, imponere, per fictum eccleſiæ uniuerſalis nomen, Verum ex diuinis ſcripturis hoc exploratiſsimũ eſt non eſſe eccleſiam DEI, quæ præcipit aut exigit, hunc ueſtrum impurum cœlibatum. Qui uerouerius nihil aliud eſt, q̃ doctrina demoniorum, in hypocriſi ut docet Paulus, & res ipſa in conſpicuo eſt

Quia igitur hæc cœlibatus conſtitutio ſanctæ uniuerſali & catholicæ eccleſiæ aduerſatur & ex diametro cum ſcriptura eius pugnat, iam paucis & ex tempore obiter uideamus, quare quaue hypocriſi pietatis, particularis illa Romana eccleſia poſt longas ſuas machinationes & plurimas priuatas et publicas conſultationes tandem induxit cœlibatum, adulterij immunditieq; occaſionem, quibuſue cauſis, fictis & apparentibus (quando ueras et legitimas non habuit(ut ſacerdotibus coniugium prohiberet

Innocentius epiſcopus Romanus, cauſam ucititi coniugij ſacerdotalis ſic refert et habetur Diſtinctiõe xxxi Cano, Tenere. Quia inquit ſcriptum eſt Leuiti, xi et xix Sancti eſtote quia ego ſanctus ſum. Hinc infert tandẽ Ergo oportet ſacerdotes abſq; uxoribus uiuere & cœ

libes eſſe. Hæc mala dialectica eſt conſequentia quæ ex antecedente nequaq̄ inferri poteſt, ut interim taceamus dominum in Leuitico loqui de mundicia, à contactu immundorum animātium, & ciborum lege uetitorum. & ut mundo, ac puro corde Dei præcepta adimpleant, ut ibi uidere licet. Non enim loquitur contra immundiciam aliquam coniugij, quod eſt honorabile ſanctum & immaculatum, teſte Paulo. Nam ſi hæc ſāctificatio, cœlibatus. ſiue abſtinentia a coniugio fuiſſet, Iam neq; Moſi, Neq; Aaroni immo nec Iudeis ullis licuiſſet habere uxores, ad quos hæc uerba primo dicta ſunt

Male igitur & contra intentionē ſpiritus ſancti, hic ſcripturæ locus, ad cœlibatum torquetur, En primariam cauſam & maximum fundamentum impij papiſtici coacti cœlibatus, Subuertit autem D, Paulus imo ſpiritus. hoc impuri cœlibatus fundamentum dicēs, Propter fornicationem euitandam, quiſq; ſuam habeat uxorem & ſuum queq; maritum, Et nicæna illa cœlebratiſſima ſynodus, in qua ſancti Epiſcopi & patres concorditer cum ſancto Paphnutio diffinierunt, etiam ſacerdotum nuptias, non hæreticas (ut uos dicitis) ſed honorabiles eſſe, & caſtitatem quoq; eſſe concubitum, cum propria uxore. Neq; horum coniugium uel religioni uel pietati aduerſari teſtatur vi. Can, Apoſtolorū. dicēs Epiſcopus aut preſbiter uxorem propriam nequaq̄ ſub obtentu religionis abijciat Si uero reiecerit, excommunicetur, & ſi perſeuerauerit deijciatur, Item diſtinctione xxviij definit Gangren. ſynodus dicens. Si quis diſcernit preſ

biterum coniugatum tanq̄ occaſione nuptiarum, quod offerre non debeat, Et ab eius oblatione ideo abſtinet anathema ſit

Et tamen quidam hodie, neſcio qua perditiſſima cõſcientia. & preſentiſsima ſathanæ ſuggeſtione inducti, ſuadent, & uelut optimo ſalutis conſilio (o artificium mille artificis ſathanæ) perſuadere conantur, ut ſacerdotes qui bona conſcientia, uerbo dei innixa, contra adulterium & ſcortationem, legittimas acceperunt uxores, eas relinquant & abnegent, contra ſcripturam, & mandatum Dei, Contra dictos canones, & contra ſanctæ ueræ uetuſtæ eccleſiæ concilia & determinationes, Stupet & inhorreſcit mens pia & chriſtiana talium perſuaſorum & iudicum, neſcio ignorantiam dicam, an perditiſsimam, contra fas & ius, temeritatis maliciam, Exiſtimant enim perinde eſſe, relinquere propriam & uere legittimam uxorem, quam indubie dominus illis dedit & coniunxit, quemadmodum ipſis licet dum libet, ſcortum & proſtibulum ſuum dimittere, ut aliud recurrente ſubinde libidine, recipiant & pro una mille habeant, fauore ſui, ut aiunt, Calixti. Et quid queſo, boni uiri & amici. Si ſatan hoc contra nos obtineret, quod aſtute querit, ut uxores dimitteremus, contra ſcripturam & Dei mandatum, quid faceremus cum uel naturæ conditio & motus, uel idem ipſe ſatan nos ſollicitaret, de complexu mulierum, nam caro & ſanguis ſumus, caro & ſanguis manebimus, hac in parte, donec ſpeciali dono & pre

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

uilegio, natura mutetur, Quid inq̄ faceremus? Nonne iam in ſcortationem, adulterium, aut nephandiora cadendum eſſet cum uulgo ſacerdotum, qui remedium caſti coniugij abiurarunt?

At hic fortaßis ſic reſpondebitis. Fragilis eſt homo poteſt quidem cadere, ſed oportet reſurgere per pœnitentiam. RECTE Sed quid ſi ſubinde cadit, nec ficta illa lectionis pſalmorum, roſariorum, orationum gregorianarum, ſimulati ieiunij, & id genus, pœnitentia iuuat, aut caſum impedit quo minus ſemper relabatur, Vti uidemus aſſuetudinem peccandi, maxime in ſacerdotibus. uix unq̄ medicam recipere manum. Et quid tum faciendum, ſi non licet nubere, potiuſq̄ uri et ſcortari, Hic ueſtram urgeo conſcientiam, quid mihi dicetis? Orandum fortaſſe & ieiunandum dicitis, Et id quidem non inepte dictum, ſi enim oratione & ieiunio dominus dignetur quempiam dono caſtitatis tunc maneat caſtus, & abſq; mulieris complexu ſi non habet uxorem, & ſui corporis ius habet, Sin autem nec ieiunio nec oratione, caſtitatem & ueram continentiam quis aſſecutus fuerit, quod & D. Hieronimus ſibi uſu uceniſſe, poſt grauia & multa ieinnia & longas orationes, lapſus, fatetur, Nōne eadem redibit queſtio, quid faciendum eſt, cum non liceat ſcortari? Nam neq; ſēper neq; paßim, ſolet dn̄s orātibus & ieiunātibus miracula facere, ut inuertat naturā generatiōi creatā ut dono ſupernaturali & miraculo, à creata conditione immutet, maxime cū abſq; peccato imo cū gr̄a et benedictiōe

liceat cuiq; coniugio uti, & benefaciant, qui matrimonium amplectuntur in domino, ut docet D. Paulus, Et ſacra approbat ſcriptura

Hæc & huiuſmodi alia, quæ ad neceſsitatem, libertatem uel honeſtatem nuptiarum attinent, non ignorans ſancta Nicœna ſynodus uoluit & ſanciuit. ut coniugium ſacerdotum permitteretur, in uniuſcuiuſq; poteſtate, non neceſsitate, Diſtinct. xxxi ca. Nicœna. Prohibuit autem ea ſynodus Canon. iij Epiſcopis & preſbiteris (nequaq̃ legittimas uxores, ut iam uiſum eſt) ſed ſubintroductas mulieres, & Diſtinct. xxxij ca. Interdixit. hoc idem confirmauit Porro iam (in hac pertinacia impuri cœlibatus) habere ſubintroductas mulieres, contra huius ſynodi decretum nihil periculi uidetur. Nec mirum cum & dei quoq; mandatum in hac parte ſpernitur. Verum legittimam habere uxorem, iam hæreſis iudicatur & grauiſsimum peccatum, pro quo è ſynagogis reijciemur. & excommunicata, ut aiunt, corpora abſq; uitali ſpiraculo, iudicamur, ab hijs prepoſteris iudicibus & inuerſis Silenis

Sed hic rurſus inuenit iniquitas aduerſarij ſibi excuſationem, contra libertatem coniugij ſacerdotum, dicens Decretum & ſententiam predicti ſynodi, authore Gratiano, debere intelligi de ſacerdotibus ante ſacros ordines coniugatis. Sed procul dubio ipſum concilium non ita ſuſtinet ſuam accipi ſententiam, dum iubet non in neceſsitate, ſed in cuiuſq; uoluntate permittendum con

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

iugium. Neq; enim liberum cuiuſq; uoluntati permiſiſſe credendum eſt, ductas prius coniuges repudiare contra manifeſtum dei uerbum, Quod deus cōiunxit homo non ſeparet, Libertas igitur illa, neceſſario intelligitur, ut non ſolum retineant prius ductas coniuges, Sed etiam ut poſteaq̄ facti ſunt ſacerdotes, poſſunt coniuges accipere & matrimonium inire, Sed iſti gloßatores poſtq̄ decretum erat ſacrum dei inſtitutum & coniugium conuellere, quid gloſæ & commenti non inuenerunt & confinxerunt?

Vt item hanc coniugij libertatem ipſa ſynodus confirmaret, diffiniuit, honorabiles eſſe nuptias, & caſtitem eſſe concubitum, cum propria uxore, Non ſolum inquit ut ductas uxores retineant, ſed nuptias quoq; facere & coniugia inire, honorabile eſſe, Probat itidem & aſſerit predictum apoſtolorum canonem, ſexta ſynodus ſiue concilium Conſtantinopolitanum, ut habetur Diſtinct. xxxi ca. Quoniam in Romani, præcipiens primum ſeruandas, neq; ullo modo diſſoluendas eſſe legales nuptias. Deinde non prohibendam eſſe coniugalem conſuetudinem & conplexum thoralem, Item neminē propter uxoris cohabitationem prohibendum eſſe ab ordine ſubdiaconatus, diaconatus, uel preſbiterij, ſi alioqui illo munere idoneus fuerit, Preterea uetat exigi ab ordinādis cœlibatus uotū, Et cum ſupradicto apoſtolorū canone probibet, ſub pœna depoſitionis, interdici, ſub diaconis, diaconis, & preſbiteris, cōtractum cōmunicnem & conplexum legalis uxoris, Et quicunq; ſubdi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

aconus, diaconus aut preſbiter ſuam à ſe expellit uxo-
rem, huius concilij iuſſu, excommunicandus eſt. Et ſi
reſumere recuſauerit pertinaxq; reiecerit deponendus
eſt, Et ideo iuxta decretum huius ſacri Concilij iure
depoſiti ſunt, atq; ſuo Epiſcopatu & ſacerdotio de-
functi, omnes Epiſcopi & ſacerdotes, qui contra apoſ
tolicum canonem, quauis ratione, precipue religionis
cauſa uel pretextu, condemnant ſacerdotum coniugia,
Et cum iure diuino hoc concilium nitatur, cenſendi
ſunt huiuſmodi, non iure aliquo, ſed ſola ui & tyran-
nide Epiſcopi & ſacerdotes. Et quomodo tales cenſeri
poſſunt eccleſiæ paſtores, quos ſua ipſorum decreta,
iure exuunt & deponunt, omni offitio & dignitate paſ
torali, Verum ipſi contrario ordine ſola ui, ſoloq; car
nis brachio nixi perſiſtunt, & ueros Chriſti ſacerdo-
tes abijciunt & damnant, hac potiſſimum cauſa, quod
& diuino & humano iure freti, legittimas ducunt
& retinent uxores chriſtiana & optima conſcientia

Hic conſurget quiſpiam ueritatis impaciens & cum
Gratiano rurſum confinget gloſſulam dicens, Huius
concilij decretum orientales duntaxat eccleſias reſpi-
cere, & aliter ſe habere traditionem orientalium eccle-
ſiarum, aliter huius ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ut uide-
re licet, Diſtinct xxxi, ca. Aliter, Huic gloſſæ & falſæ
interpretationi reclamat Romana eccleſia Diſtinc-
tione xvi capitulo Sextam, cum dicit, Sextam ſyno-
dum cum omnibus ſuis canonibus recipio, Si cum omni
bus ergo & cum illo, qui approbat & laudat tanq̄

caſtas & honorabiles ſacerdotum nuptias, Qui enim omnes recipit, nullum reijcit

Sed hic uelut ex inſidijs prorumpit Eccius. ficti cœlibatus & ſacerdotalis ſcotrationis patronus, cum tota ſua cohorte aduerſaria Dei inſtituti & caſti coniugij dicens, A tempore mortis Chriſti, uſq; ad tempora Martini Lutheri, nō eſt auditū, q̄ ſacerdotes uxores duxerint, Maritus enim exiſtens, bene inquit fiebat ſacerdos, At nullus ſacerdos fiebat maritus, Hoc mendacium uel ex malicia uel ignorantia, cum canonum tum hiſtoriarum emerſit, Nam ſi non ſacerdotes uel epiſcopi facti, duxiſſent uxores, cur diſtinct lxxxi. ca, Si quis amodo, prohibetur. ne poſt illud tempus ſcilicet Alexandri circiter Annum domini M.lx, ſacerdotes uel epiſcopi facti, ducant uxores? Quod & factum uidetis Diſtiuct, xxviij, ca, Decernimus. Temporibus Innocentij ij. circiter annos domini M lxxiiij. Nonne hinc argumentum euidens eſt, quod prius exiſtentes ſacerdotes duxiſſent uxores. Præterea uſq; ad tempora Gregorij vij, licebat ſacerdotibus ducere, & habere uxores uirgines, quæ ſi priores moriebantur, non licebat illis ſecundas ſuper inducere digamiæ cauſa. Quod & doctißimus ille Iacobus ſtapulēſis teſtatur in commentarijs prioris epiſtolæ ad Thimotheum. tertio capite indicās ſimul ſathanæ myſterium & artificium in iſto ficto cœlibatu Itē ex Chronicis Saxoniæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ſide dignis, cernere licet, ſacerdotes et habuiſſe & duxiſſe in Germania uxores, uſq; ad annum dñi M.et C Poſt quod tẽpus cũ papa iniquũ miſiſſet cœlibatus mã datum, & Magdeburgenſis Epiſcopus ipſum, conuocatis ſacerdotibus prouulgaſſet, parum aberat, quin ab hiſs iratis, iuſto dolore, occiſus fuiſſet

Sed quid hiſtorias proferimus? cum rurſus exemplo & facto doceant Decreta xxxiij q,ij ca latorem Nicolaum papam Radulpho Argentoracenſi epiſcopo, mandaſſe, ut nec matricidam & iam pœnitentem ſacerdotem, à legittima uxore ſeparet, Cauſam addens ne forte inquit, in uoraginem fornicationis corruat, Et hodie nonne ſtupenda & horrenda cæcitas, emeritas & malicia quorundam epiſcoporum eſt, qui contra ius diuinum, & huic iuri conſentaneas humanas leges patrum uetuſtiſſimorum decreta & hiſtoriarum exempla, optant & mandant, & ſi quid uoluntate & mandato obtinere non poſſunt, ut a coniugibus ſacerdotes ſeparentur, hoc minis terroribus carceribus, exilio & morte intentata conatur efficere, ut uel nõ ducãt ſacerdotes cõiuges, aut ductas dimittãt, & prorſus in uoraginem ſcortationis & adulterij corruant, Vt omnes paſſim ipſorum ſacerdotes corruunt, Et corruentes, in lapſu permanent & toti ſordeſcunt Dominus ſua miſericordia aperiat oculos ipſorum, & auferat caliginem cæcitatis à mentibus illorum, ne ſic erecta ceruice aduerſus deum & ueritatem ambulantes, decidant breui in baratrum & uoraginem damnationis A uia rectiſſima deficiunt & aberrant, dum regnum,

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

traditiones & conſuetudines ſuas reuocare & ſtabilire ui & carnis brachio nituntur, Verendumq́; ne dum nimis terrena ſua commoda (prætextu eccleſiæ & cultus, dei) ſectantur, æterna & cœleſtia perdant, quod dominus per ipſorum reſipiſcentiam & ſuam miſericordiā auertere dignetur, Amen

Sed iam alius ſuccurrit ſcrupulus, immo ingens lapis offenſionis caput extollit, in quem grauiter impingunt hij, qui nephas putant & impium ducunt, ſacerdotes & clericos coniugatos eſſe., Quia ſcilicet VOVERVNT caſtitatem, quam uiolare nequaquam licet, Optime quidem. Quia igitur caſtitatem uiolare non licet ideo uxorem ducendam docent, & ſancta ſcriptura & canones, ut ſeruetur caſtitas, quæ alioqui in ficto cœlibatu paſſim periclitatur, ut uidemus. Nam coniugium, coniugalis thorus, & complexus proprie uxoris, caſtitas eſt, ut hactenus uiſum & probatum eſt ex ſcriptura & ſancto Niceno concilio, Et ſtat hæc inuicta & irrefragabilis ueritas, aduerſus omnes omnium hominum traditiones, concilia poſteriora & quicquid Satan dictauit, & uiolēter ſub falſa ſanctimoniæ ſpecie induxit, Eſt enim demonium meridianum quod in angelum lucis ſe tranſformat, Sed de uotis iam obiter & breuiſſime dicamus,

Ex ſcripturis & Canonibus, duæ uotorum ſpecies deprehenduntur. Vna pia, ſancta, & iuxta uoluntatem domini facta. Quæ eſt de laude erga deum, & gratiarum actione, & eiuſmodi, quæ precipuam aliquam fidei confeſſionem. & beneficiorum eius gratitudinem teſta

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

tur, de quibus ait ſcriptura, Vouete & reddite. &c. Pſal. lxxv. Et alibi, uota mea domino reddā &c. Pſal cxv. Item Cantabo domino in uita mea &c. Pſalmo ciij. Hæc & huiuſmodi neceſſaria ſunt obſeruatu, nec infringi poſſunt citra grande peccatū. Quicquid enim homo ſic uouerit, ne moretur reddere, alioqui reus uoti erit. Nec talia uota ſunt perpetua, iuxta uim ſemel facti uoti. In actis apoſtolorum Paulus in ſe ſumpſit uotum radendo caput. &c. Sed mox ceſſauit ad ſemel facti expletionem. Quanq̄ hoc uotulum, in hoc potiſſimum factum erat, quo lucrandi ſuos Iudæos, aliquam haberet occaſionem. De pijs hijs uotis, laudis, ſacrificij & gratiarum actionis, frequens eſt mentio in pentateuco & pſalmis

Altera uotorum ſpecies eſt mala impia & ſacrilega, qualis erat illorum qui deuotione uouerunt ſe haud guſtaturos panem, donec Paulum occidiſſent, quale erat & Herodis uotum uel iuramentum factum ſaltatrici, Qualia item ſunt monachorum & ſacerdotum, qui per ſua uota & iuramenta, abuegant legittimum matrimonium diuinum ſcilicet inſtitutum, quod illis & omnibus à ſpiritu ſancto præceptum eſt, dum ſpeciale caſtitatis et ueræ puritatis donum non habent. Qui ob hoc impium cœlibatus uotum et iuramentum pertinaciter et temerarie ſeruatum, coniugium reijciunt, et in uoraginem damnationis ſe immergunt. Nam ſtat firma domini ſpiritus ſententia, ꝙ adulteros et ſcortatores iudicabit deus. Et hereditatem in regno dei non habe-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ſunt.Hebreo.xiij.et ad Gala.v.

Si queſierit quiſpiam ab hijs Cur, contra factum uotum & iuramẽtum fornicantur? Dicunt ſe non poſſe continere, Prætexunt humanam fragilitatem, uiuunt interim in otio & delicijs, quæ ſunt fomenta libidinis. Si quis hortatur, ut ducant uxores, & uiuant honeſte absq; offenſa dei. Mox abhorrent, et crucis ſigno ſe muniunt, dicentes, ſe caſtitatem uouiſſe, & ideo non licere,

Alij prætexunt libertatem. Nolentes alligari uxori, uerba Pauli importune citantes, Solutus es ab uxore ne queras uxorem. Et tamen contra Pauli mandatum pergunt ſcortari. &c. En domini mei, uidetis quid facit ſacrilegum uotum, quod eſt ipſiſſima cauſa diuinæ offenſionis, & immundiciei. Contra huiuſmodi uota obſeruanda ſunt, quæ per totam uiceſimæ ſecundæ quæſtionem quartam dicuntur, et maxime in hoc canone. In malis promiſſis reſcinde fidem, in turpi uoto muta decretum, quod incaute uouiſti ne facias. Impia eſt promiſſio quæ ſcelere adimpletur.

Eſt et alius Canon, qui ſic habet. Non ſolum in iurando, ſed in omne quod agimus, hæc eſt moderatio, ſollicitius obſeruanda, ut ſi in talem forte lapſum uerſuti hoſtis inciderimus, ex quo ſine aliqua contagione ſurgere non poſſumus, illum potius euadendi aditum petamus, in quo minus periculũ, nos perpeſſuros eſſe cernimus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

Cum igitur huiuſmodi monachorum & ſacerdotum uota ſint cōtra ius diuinū, ſtulta peccati & dānationis occaſio, nec in hominis poteſtate ut ſeruentur, quod experientia docet. Cur non licet effringere, imo quis Chriſtianorum bona conſcientia, audebit ultra ſeruare? Pœniteat igitur quēuis ſui ſtulti uoti, & ſaluti honeſtatiq; ſuæ conſulat, iuxta diuinum mandatum. Non trepidet illa rumpendo, ubi non eſt timor. Nec curet in tam grandi ſalutis cauſa, ſi à ſtultis & ueritatem dei ignorantibus etiam hæreticiſſimus, & ſordidiſſimus apoſtata appelletur, nam uia ueritatis & ueræ reſipiſcentiæ ſemper ab impijs maledici ſolet

Sunt plæriq; uſq; adeo ſtupidi & temerarij, ut ad omne inſolitum uerbum, & quicquid illis non placet mox hæreſim & hæreticum clamant, ipſi interim ut ueræ Chriſtianæ pietatis & ueritatis ignari ſunt, ita quid hæreſis, aut quis ſit uerus hæreticus ignorant. Alij hijs non prudentiores, uidentur ſibi egregie uotorum monaſticorum & iuramentorum cœlibatus, cauſam perpetuitatis confirmaſſe ex ſcriptura, at ſcripturis uti nō ſolent. cum ſint ipſis contrariæ, niſi dum nobis aduerſari uidentur. Adducuut igitur, ſed falſiſſime, ſcripturas & uerba Pauli. i. ad Timothe, v. ubi de uiduis ſtipendio & ſumptibus eccleſiæ alendis in grandi ætate, & de ipſarum uera in Chriſto fide prima loquitur. Hinc inquiunt patet, ꝙ liceat uouere perpetua caſtitatis uota, Et ꝙ nequaquam liceat uota uiolare, ne homo habeat damnationem, quia primam fidem, id eſt uota. ſecundū

illos,

irritam fecit. Belli profecto & egregij ſcripturæ per-
uerſores, dixiſſem interpretes, qui primam in Chriſto
fidem, ad monachorum & ſacerdotum deflectunt ina-
nia & pernicioſa uota. Et ipſa uota, fidei aſſimilant,
nimirum tenebras luci. Et monachos & ſacerdotes, ui-
duas (quæ ſanctis miniſtrauerunt, filios in timore dei
educauerunt. &c) facere uolunt. Deinde ſi exemplum
ualeret pro uiris & ipſorum uotis, manifeſte ex textu
patet, non recipiendos ad uota & huiuſmodi iuramen-
ta, niſi ſexagenarios & minoris ætatis homines, non re
cipiendos, neq; ipſorum uota recipienda, ſed reijcienda
ut palam clarus textus probat, & decreta quoq; con-
firmant. xx. q. i. ca. Iuuẽculas. Et Carthaginenſe Conci-
lium. ca. q, i. ca. Sanctimoniales, in quibus de mulieribus
loquuntur ſolum, non de uiris. Illa igitur Pauli uerba
pro nobis ſunt. Et contra iſtos ſomniatores, & legittimi
coniugij oſores. Hæc copioſius tractauimus in libello
de officio et coniugio uerorum Epiſcoporum & ſacer
dotum, quem emiſimus ideo iam ſufficiant

Qua igitur conſcientia uel audacia quidam indocti,
& diuinarũ ſcripturarum ignari Epiſcopi, audent con
iugia ſacerdotum ſoluere. uel eos damnare, qui ſtulta
uota irritauerunt? De quibus Diuus. Auguſtinus di-
cit & habetur diſtinctio. xxvij. ca. Quidam, ꝙ huiuſmo
di Epiſcopi, uel quicunq; uouentium coniugia diſſoluũt
ꝙ grauiter peccant. Idem ſentit S. Theodorus ibidem,
ꝙ nubentes poſt uotum nequaquam ſeparari debent.
Scribit item beatus Auguſtinus, cuidam, qui poſt uotũ-

duxit uxorem, ꝙ nō liceat illam dimittere, nec ſine uxoris conſenſu continenter uiuere, uel à complexu abſtinere, ut ex uigeſima ſeptima. q. ij. uidere licet, Præterea. xxvij, q. i. Ca. Nuptiarum, palam docetur ꝙ coniugium non debet ſolui cauſa uoti. Et quod plus eſt. ea. q, ij. Sunt quidam, Gregorius papa clare dicit. Sūt qui dicunt religionis cauſa coniugia debere ſolui, Verum ſciendum eſt. Et ſi hoc lex humana conceßit, lex tamē diuina prohibuit, per ſe enim ueritas dicit. Quod deus coniuxit homo non ſeparet.

Neq; hic ſtultus & ignorans quiſpiam (ſcortationis paracletus) fingat diſcrimen Solēnis & ſimplicis uoti, quod ſcriptura non nouit. Sed ſcripturæ corruptores pro ſuo more callide adinuenerunt. Conſtat enim in dictis patrum ſententijs et canonibus, mentionē fieri de emiſſo caſtitatis uoto, quod coniugium neq; impedire contrahendum, uel contractum poteſt. Neq; alia eſt uis et efficacia contra uerbum & inſtitutum dei, ſiue fiat palam & ſolenniter, ſiue occulte et absq; ſolennitate. Nam humanum uotum & inuentum eſt & manet, ſtultum & infirmum ſcilicet. quod legem dei & naturæ infirmare non poteſt.

Nunc igitur (ut in caſtra tandem redeamus) domini mei in Chriſto dilecti. Si apud uos & ueſtras eccleſias, religio & pietas eſt, maiorum inhærere ueſtigijs, et antiquis eccleſiæ conſuetudinibus non contraire Cur non potius ſequimini et nos ſequi permittitis mille & plurium annorum conſuetudinem quam ue

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ra Chriſti uniuerſalis eccleſia ſeruauerat, quæ Chriſti
& apoſtolorum plurimorumq; conciliorum & patrũ
ſcriptis, moribus, & uſu approbata fuerat (quàm ſequa
mini noua) quæ inuerſo nomine antiqua appellatis
concilia, nuper circiter.cc.aut.ccc.annos nata, quæ cõ
tra ſcripturam & Chriſtianam libertatem, plurima ſta
tuerũt, cõtra cõiugiũ ſacerdotũ, cõtra integritatẽ ſump
tionis eucharíſtiæ. Et multa alia, quæ idcirco præſcrip
tionẽ longi temporis & robur non habent, quia malæ
fidei ſunt, ut ex prædictis hijs omnibus manifeſtum eſſe
poteſt, qui aliquid iudicij, luminis & ſapientiæ dei in
ſe habent, nec ſunt prorſus fungi et trunci. Cur uos
domini & amici, putatis præferenda nupera illa Vie-
nenſe et Conſtantienſe et huiuſmodi concilia, antiquiſſi
mis ſanctæ eccleſiæ Concilijs. cum palam legatis di-
ſtinct.l.ca. Domino ſancto. Quotienſcunq; in geſtis cõ
ciliorum diſcors ſententia inuenitur, illius concilij ma-
gis teneatur ſententia, cuius antiquior & potior exi-
ſtat authoritas. Quod etiam exemplo uidetur in eo.
ca. in re dubia quadam. Item cum in ca. hæc ſcripſimus
diſtinct.xxx.dicatur. Condemnamus eos qui ſe extol-
lunt aduerſus ſcripturas et eccleſiaſticos canones, &
noua introducunt præcepta. Hic Canon præſcriptus
eſt circiter annos domini M.CC. Quis enumerabit ca-
nones, regulas, & decreta poſt hoc tempus facta in pa
piſtica eccleſia, contra ſcripturas et ſanctos ueteres
canones? quæ maledictiõi huius canonis obnoxia ſunt

Id uos oro et obſecro ꝑ Chriſtũ, ut depoſito affectu
et graui mentis ueſtræ caligine, recte iudicetis. Et rem

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ipſam æqua lance expendatis, & inuenietis proculdubio plurima in ueſtris nouis decretulis et cōſequētibus cōcilijs acta & ſtatuta, quæ hic præſcriptus canon & Gāgrenſe concilium iure condemnant. Et pro condemnatis prorſus haberi debent, quibus tamen iam ueſtræ eccleſiæ rem publicam & conſuetudinem ſtabilire contenditis, Et omnem lapidem, ut dici ſolet, ad hoc mouetis ut omnia ueſtra uetera (quæ tamen prorſus noua ſunt ueræ uetuſtati comparata) per fas aut nefas conſeruetis. In hoc putantes uos obſequium præſtare deo, falſa opinione deluſi, Videte uel ſemel ſed diligenter, & animo alto reponite, quæ de Conſuetudine habetis diſtin. viij. per totum. Et quātum conſuetudini, quantumq; ueritati & ſcripturæ tribuendum eſt. Ne queratis tantummodo inueterato odio, Lutheranos perdere & profligare, ut uos poſsitis in carnis ſecuritate & ocio regnare, & fœlices in mundo eſſe. ſed querite ſimplici ac bona mente promotionem gloriæ dei, & ueritatis euāgelicæ atq; ſalutis pauperum. Alioqui quod ut & abſq; fundamento uerbi dei agitis, non poterit diuturnum & ſtabile permanere, cuius tandem uos teſtes eritis.

Neq; hanc prolixiorem expoſtulatricem epiſtolam ſcripſi, dubius de ueritate quam habemus in preſenti negotio. Neque uelut cauſæ noſtræ doctrinæ ullo modo aut in ullo punctulo timens, quæ uerbo domini & inuicta ueritate ſuffulta, contra portas inferorum, & omne mendacium, & os loquens iniqua, firma et conſtās manebit, Licet hic mundus cum omnibus ſuis coniuratis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

nobis maledicat hæreticos, ſuo more uocet, perſequatur damnet, in exilium proſcribat, morte & ſupplicio nos afficiat, Domini gratia & eius ſpiritus nos conſeruare in ſuo timore & ueritate dignetur. AMEN

Scripſi autem non ut uos doceam, cum ſitis uiri docti & prudentes. Sed magis quodam charitatis debito hoc feci, quo uos ueſtri admonerem officij, ut omnia modeſte, & prudenti conſilio faciatis, nihil precipiti ardore (in tam arduis eccleſiæ & fidei cauſis) quod uobis tandem in ignominiam cedere poßit. Cogitate domini mei & ſequentem quoq; poſteritatem iudicium habituram, quæ & ueſtram & noſtram cauſam iudicabit Vt interim taceam breui & nos & uos ſtaturos ante tribunal Chriſti, qui non erit acceptor perſonarum Dominus Ieſus uos illuminet, & oculos mentis ueſtræ aperiat, ut cognoſcatis uiam ueritatis eius. AMEN

Malmogiæ feria quarta proxima ante natiuitatis Mariæ. Anno domini
MDxxxiij

Petrus Laurentij Malmogienſis lector

Exhibuimus tibi amice lector noſtram uidendam Expoſtulationem & cum iudicio æquitatis diiudicandam an à deo ſit, nec ne. Nunc uide ex ſequẽtibus aduerſariorũ literis, num me mea fefellit opinio aut ſecus, cum in calce Expoſtulationis dixiſſem, Opus eos non habere doctrina, ob eruditionis & pru

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

dentiæ exiſtimationem quam de ipſis tacentibus tum habebam, Non me clam erat, odium & maledictionem ipſorum me relaturum pro dilectione quam debebant. Verum zelus ueritatis & conſolatio piarum & ſimplicium ueritatis amantium conſcientiarum, me id quod feci, facere coegit, Nam egris oculis lux odioſa eſt, quæ ſanis & claris amabilis eſſe ſolet

SEQVVNTVR LITERE CAPITTVLI Lundenſis

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

SPiritũ optamus cõſilij ſanioris, intelligẽ
tiæq; rectioris, Miſiſti ad nos litteras tu
as una cũ expoſtulatrice, ſeu potius cri
miatrice epiſtola, quã amicã dicis & cãdi
dã, cũ nihil minus quã amicitiã, & cãdo
rẽ præ ſe ferat, uerũ elati inuidẽtiſq; animi tui eiuſdẽq;
ꝑtinaciſſimi euidẽtiſſimũ argumẽtũ. Quid aliud portẽ
tuoſa hæc, nõ minus temere quã impudẽter nobis obie
cta indicãt ſcõmata. A uobis iudicibus & ſenibus Iſraẽl
egreſſa eſt iniquitas hæc. Itẽ & ſi doctrina uos egere
non putatis, tamen admonitione opus habetis. Itidẽ &
id cum pro capite & ſenatu Scanicæ eccleſiæ habeami
ni & reliqui id genus amari morſus, quos nobis ut minus
uere ita pro innato tibi ingenio arrogãter obtrudis,
Obiectã ſane nobis iniquitatẽ, in ſentẽtia per R. dñm
electum in complices tuos, illos hæreticæ prauitatis
ſeminatores, lata, haud difficili negotio, ubi iudicem
quem declinare tibi licebit minime, nacti fuerimus, Deo
optimo adiuuante amoliamur. Nec eſt quod ipſum Re-
uerendum dominum electum, hoc in caſu iniquitatis
aut inclementiæ accuſare poſſis. Quin potius tibi cæte-
riſq;, in primis eius uenit exoſculanda clementia, quã
do pro bonorum omnium confiſcatione, pro perpetuo
carcere proq; ignibus ipſis, ſolo exilio dãnauit impoſ
tores, & eccleſiæ reipublicæ peſſimos turbatores, Pe-
rò doctrina nos egere non diffitemur, Verum, eam
à ſordido apoſtata, qui teſte Salomone ore gradi-
tur peruerſo & omni tempore iurgia ſeminat,
haud quaquam duximus hauriendam, Quod deniq;

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

habemur, ut ais, pro capite & ſenatu Scaniæ eccleſiæ in tuũ caput perbelle recidit, Nos (ais) habemur, Tu cũ tuis uobis uideri uultis eſſe, tãtã enim ex inſolẽti quã dã præſũptione uobis arrogatis authoritatẽ, & ad id uſq; tumoris progredimini, ut ad ueſtrum arbitrium non ſolum Scaniæ eccleſiæ, ſed & tocius orbis putatis inclinandum eſſe iudicium, authoritatem ueterum & orthodoxorum patrũ contẽnentes, canonicaſq; ſcripturas pro ueſtra libidine deprauantes, ac ſolidã eccleſiæ fidẽ eiuſq; decreta, ueſtris calumnijs diuexantes & in dubium reuocare ſtudentes. Non ignoramus profecto, nec & tu ipſe ignoras, ubi ad cor redire uolueris, non ignorant item alij, quibus uel mica mentis eſt, quam inimica ſit paci obedientiæq; ac religioni, hæc noua ueſtra doctrina, fraudulentaq; impietas, quæ pulcherrimum totius ordinis decorẽ conſpurcat, confundit, ſubuertit Quæq; ſæditiones, diſcordias, tumultus, rapinas, ſacrilegia, & bella deniq; cruentiſſima exuſcitat, quæ iam magno ſuo incommodo tota ferme experta eſt Germania, & Daniæ quoq; Noruagiæq; Chriſto fideles incolæ plus ſatis, heu dolor, horũ incõmodorũ perpeſſi ſunt. Verẽdũq; ne maiora hijs perpetiãtur, ni benigniſſimus dominus, inſolentem ueſtrum ſpiritum ſua miſericordia dignetur comprimere

Impia autem doctrinæ tuæ fermenta, Expoſtulatrici epiſtolæ inſerta, De utraq; ſpecie ſacramenti laicis danda. De ſacrilegis ſcortis ueſtris, pro legittimis tutandis uxoribus. Deq; ſacramentorum non debita confeſſione. PLACVIT in preſentiarum execrando con-

temnere. & contemnendo præterire. Ne uideamur ſemel iudicata, ac recte à patribus ſacroſanctiſq; concilijs diſpoſita, reuoluere, inq; dubiũ uertere, Neue ſacro ſancto generaliũ conciliorũ ac patrum iudicio oblatrare uelle Qui quidem patres una cum concilijs, omnes argumentorum tuorum nodos cauilloſq;, iam dudum diſſoluerunt & quidem apertiſſime. Quod tibi ducimus manifeſtius q̃ ut noſtra hac in re egeas Minerua. Tacemus interim obſtinatam tuam pertinaciam, qua more cæterorum hæreticorum proprio cerebro innitens, non facile te prebes docilem deo, in ſcripturis, concilijs, ac patribus loquenti. Veruntamen oportuno dato iudice non detractamus, imo pollicemur nos authoritates & rationes non noſtras ſed ſcripturæ, ſed conciliorum ſed patrum orthodoxorum quibus hactenus innixa fulcitur eccleſia, mundo notas facturos. Iam uero receptui canẽtes, ne epiſtolarem excedamus modum, Conſulimus & hortamur in Chriſto Ieſu ut non nouis, & pro cuiuſlibet cerebro excogitatis gloſſulis, ſed magiſtra eccleſia ſcripturarum ſuſcipias interpretamenta, ueram germanãq; intelligentiam. Cuius authoritate ſacræ literæ nobis ſacræ ſunt atq; exoſculandæ. Quam quidem intelligentiam una cum ſyncera cordis reſipiſcentia, & tibi & omnibus ſimili cæcitate laborantibus, exoptamus imprecamurq; in Chriſto

Lundis ex domo noſtra capitulari. Anno Domini M.D.xxxiij feria.vi.proxime poſt feſtum diui Mauritij & ſociorum eius, martirum Chriſti

Capitulum Lundenſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

PETRI LAVRENTII *ad prædictas literas Reſponſio*

PRO ARROGANTI MENDACI *& contemptore ſpiritu. ſpiritum ſanioris conſilij & rectioris intelligentiæ uobis opto in Chriſto*

SVſcepi obuijs, quod aiunt, manibus Epiſtolam, iam pridie a uobis miſſam ſperans hanc ipſam eruditionis quippiam, aut ueræ piæ doctrinæ, candidæq; reſponſionis in ſe, contenturam, A tantis nimirum uiris, Scanicæ uidelicet eccleſiæ columnis & nutritiis eccleſiaſticæ reipublicæ atlantibus, profectam, idq; iam dudum expectaueram. Sed ſpe & opinione fruſtratus, uideo tantos montes, poſt grauem nixum, murem riduculum, ſed dentatum & mordacem peperiſſe. Et pro inſigni piæ & chriſtianæ doctrinæ & reſponſionis partu, uerba, ac præterea nihil niſi uerba, mendacia, cõtemptu plena, minacia, & ſacrilega enata eſſe, tanq̃ iam ſatis eſſet factum meæ Expoſtulationi, per tanti nominis tantæq; authoritatis homines Quaſi quiſq; mimorum aut ſcurrarum, non idem poſſet quod uos effeciſtis, impudenti ore, & uerborum ſtulta colluuione blaterare Apoſtata. Carmelitanus frater Orthodoxorum contemptor, ſcripturæ deprauator, fidei & decretorum calumniator, diuexator. hæreticus, impoſtor, Eccleſiaſticæ reipublicæ perturbator. Et id genus alia abſq; cauſa & ſine ratione & ulla ſcrip

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

tura dicta. Sed ſolum, quia placet uobis, & ſic uult ca-
pittulum nos appellare, pro ueſtro more, Et quia ueri-
tatis & ſcripturæ patrocinio caretis. Ideo ad maledi-
centiæ, contemptus. & contumeliæ uerba confugien-
dum eſt, tanq̃ ad ſacram anchoram ueſtræ, id eſt teme
ritatis & mendacij, cauſæ, ut ſtupidis & ueritatis igna
ris, aliquid feciſſe uideamini

Paulo plus luminis arbitratus ſum hactenus in uo-
bis fuiſſe, ſed res ipſa adeoq; & literæ ueſtræ indicant
μυῶπας eſſe, cum quibus mihi res eſt. Vtinam plane
cæci eſſetis, ueſtram cæcitatem & in re ſacra ignoran
tiā agnoſcētes, quia autē uos uidere putatis, ideo pec-
catum ueſtrum & cæcitas manet, atq; tantiſper mane
bit, donec arrogans illud & contemptu plœnum ſuper
cilium, atq; alte radicata hypocryſis benigna dei ma-
nu, in ueſtrum nonnullis ſeſe eidem potentī manui hu-
miliantibus, ſublata fuerint. In reliquis ueſtrum ira &
iudicium Dei, in finē uſq; exardeſcet. ut amplius dētur
in excecationē & reprobū ſenſū, in contumeliā & blaſ
phemiā ſāctæ fidei & ſcripturæ, ut manifeſto ſacrile
gio integritatē ſanctæ συνάξεως cōtra Chriſti clarā
& manifeſtiſſimā inſtitutionem, à populo dei tollant
& prohibeant uelut ſacrilegam, Vt coniugiū, ſāctū &
inter oēs, nullo excepto niſi quē lex dei excipit, honora
bile, dānēt, Vt ſerio ſcortationē & adulteriū nō probi
beāt ſed potius ad hæc cōniueāt. & excuſēt, ſibiipſis hac
in re patrocinātes . ut ad falſa ſatanica uota, et iuramēta
ſimplices indoctas & trepidātes cōſciētias cogāt, et hæc
ſoluētes, ridiculo fulmine feriāt et in orchū trāſmittāt,

Vt ad humanas traditiones hypocriticas, quas apoſtolus dæmoniorũ doctrinas dicit, uulgum ſacerdotum monachorum & rudis populi, ſub metu & minata mortis pœna obſeruandas adigant, Vt ipſi ſint diuites & honorati, onera grauia & importabilia plebi & ſuis imponant, quæ ipſi ne minimo quidem digito mouere uolunt Vt non deprehendatur impietas & myſterium hypocriſis & iniquitatis ipſorum, à ſacra lectione, à piorum & ſyncerorum doctorum libris & commentarijs uulgum & ſacerdotum & plebis abſterreant, Vt perſequantur pluſq̃ uatinlano odio, & ridicula ſua excommunicatione paſſim feriant ſynceros uerbi dei precones. Et uincula, carceres, & grauiora illos ſuſtinere cogant. In ſumma, ut uel dimiſſis uel admodum negligenter, & cõtemptim curatis diuinis ſcripturis, mandatis & operibus, ad hominum & proprias inuentiones ſequendas relligioſe impellant, quas ut uos impudentiſſime oſtenditis, diuinis & literis & mandatis, lõge preferãt. Quibus magis placebit quicquid adinuenit, & ſtatuit nuperum aliquod concilium aut recens Synodus & approbatio unius aut alterius ſæculi (in quo ſummam rerum & tyrannidis tenuerunt, faſtuoſi, auari, impij & indocti ROMANI pontifices) quàm ea quæ ſancta tradit ſcriptura & antiqua ueræ ſanctæ eccleſiæ Concilia et ſanctorum patrum & doctorum ſcripta approbarunt, una cum longiſſimo CHRISTIANI orbis cõſenſu et uſu

Hiſ multis nominibus plus arridet & placet adulte-

rium,ſcortatio & portentoſa libido ſui cleri,& ſacer-
dotum,q̄ ipſorum legittimum & ſanctum coniugium,
quod & uos perinde docti atq; iuſti iudices,tam manife-
ſta impudentia,non ſolum factis,ſed & literis ſacrile-
gis oſtenditis,cum dicitis noſtras legittimas & pudicas
uxores,ſacrilega eſſe ſcorta,quia ueſtræ ſacrilegæ ſcor-
tationi abrenunciauimus. O impudentia contra domini
inſtitutionem ora. O ſacrilega & contra ſanctā ſcrip
turam blaſphema uerba. Hic quidem liceret(at non li-
bet)depingere adulteria & ſcortationes,uel ſacrilega
ſcorta,quæ uel in curijs quorundam ueſtrorum tam libe-
re fiunt et uerſantur,uel non procul à domibus ueſtris.
Si non magis modeſtia & æquitate cauſæ,atq; honeſta-
te dicendi,ſuperiores eſſe contenderemus,quàm ut par
pari referre uelimus,et uolutabro ceni et ſordibus ue-
ſtris pariter commaculari

Huiuſmodi hominibus hæreticum eſt,quicquid ſan-
cta ſcriptura,antiqua ſanctorum cōcilia,ſanctorum do
ctorum ſcripta docent et mandant,niſi hæc eadem ip-
ſorum decretales,ſextus Clementinæ et extrauagātes
approbauerint et mores eorum et conſuetudines hijs
ſubſcripſerint. Et ediuerſo. Si quid contra eandem ſcrip
turam antiqua cōcilia et ſanctorū ſcripta,aliquis papa-
rum Vienenſe,Conſtantienſe et huiuſmodi alia pridia-
na concilia commenta ſunt,id mox pium et catholicum
(etiam uobis iudicibus)erit. Hijs ſtultis item hæreticum
eſt quicquid ipſi non dicunt,docent uel faciunt. Et cer-
te apud hos inuerſos Silenos breui timendum fore

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

hæreticum eſſe, crepitum uentris facere, niſi & ipſi quandoq; in idem periculum inciderent.

Apud hos pietas et dei obſequiũ eſt, ut nõ obſeruãs paparũ & recẽtiũ conciliorũ mãdata & ſtatuta, cõtra mandatum dei, diſpendium rerum ſuarum patiatur. & confiſcentur, ut perpetuis tradatur carceribus. ut tyrannorum iudicio uulcano in ſacrificium cedat, Cum nullæ æque leges, etiam nec ceſareæ, de pœna ignis etiam in ueros hæreticos unq̃ decreuerint. Sed de bonorum confiſcatione, & alijs quibuſdam ciuilibus mulctis potiſſimum contra Samaritanos & Manichæos hæreticos nonnihil ſtatuerunt.

Et interea uelut cogimur hijs tam benignis iudicibus gratiam habere qui à tanta crudelitate & legum ſuarum ſeueritate ceſſantes ſolo exilio (ob uerbum domini & ſanctum coniugium) nos damnare dignantur. Et cum nihil unq̃ poſſunt, nec in æternum poterunt iuſte ac ueræ aduerſũ nos probare et agere. niſi ſuo more, hoc eſt contumelioſis uerbis, maledictis, technis ſuſpenſo naſo, cachinnis & contemptu, Et adducta nonnunq̃ ſacroſancta Clementinarum ſcriptura. Et apud indoctam plebeculam frequenti ingeminatione, eccleſiæ eccleſiæ, laudabilis conſuetudinis. Et ſine modo & fine hæreſis, hæreſis, hæreſis, quibus uerbis clamoribus & ſignis iam uiciſſe ab indoctis uideri uolunt, hoc in quã ſuo more cum formidabili potentia (qua ſola ualent et robuſti ſunt) cum nos pauperes Chriſti miniſtros uicerint, ſe admodum pios et clementes haberi uolunt, ꝙ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ſola in exilium proſcriptione,nos dignantur,non ad-
dita etiam morte. O benignitatem & clementiam tyrã-
nicam. Docuit nos dominus uim & tyrannidem per-
ferre,quando ſic neceſſe eſt,ſed ut pro hac gratiam
habeamus,& manum exactoris exoſculemur, non iti-
dem docuit,ne tyrãnidem & uim approbare uideamur

Hæc in genere dicta ſunt .de hijs inter uos, & alijs
qui ſimili cum iudicio,tum ſapientia in ſacris rebus &
ſanctis ſcripturis præditi ſunt,qui cum nihil ſynceri re
ſponſi habeant.quod diuinis ſcripturis & reliquæ ex-
poſtulationi iuſte obijciant,execrationibus & contemp
tu ſeſe à reſponſione abſoluunt,& ueteri controuer-
ſiæ,ſic tandem finem impoſuere. Promittentes(neſcio
quas,nouas & in auditas authoritates & rationes ex
ſcriptura et cõcilijs(quibus illorum noua innititur &
fulcitur eccleſia)ſe mundo notas facturos,ubi ex ipſo-
rum ſententia illis oportunus contigerit iudex. Et tunc
peſſum ibit quicquid uera & plusq̃ mille annorum
Chriſti eccleſia & uetera ſancta concilia,atq; uetuſtiſ-
ſimus uſus pro fundamento & fulcro habuerunt. Et
hij miri artifices erunt,qui ex eadem ſcriptura , noui-
tatem ſuæ eccleſiæ & ſtatutorum cerimoniarum & cõ
ſuetudinum eius ſtabilire poterunt,ex qua uera illa ue
tuſta ſecundum Chriſti inſtitutionem et apoſtolicam
traditionem ſancta et ſtabilis erat,et pulchre perfe-
cteq; regebatur,præſertim cũ in plurimis,cum doctri-
na tum moribus hæc noua non minus diſtat à uera
ueteri,q̃ diſtat ortus ab occaſu ,et lux à tenebris

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

Sed hij & horum ſimiles cæreum naſum ſcripturæ addi
derunt. non mirum proinde ſi quaquè uerſum flectere
eam poterunt, quod et ſtrennue in hunc uſq; diem fe-
cerunt et faciunt, alioqui uix tota unum ſcripturæ pro
ſua eccleſia et nouo dei cultu etc. haberent

Iam obiter paucula ex capituli literis repetamus et
quid in ſe contineant ueritatis, propius admoto iudicio
diſpiciamus. In primis, bonam partem odij et iræ ue-
ſtræ uindicaſtis. dum uos domini Canonici, abſq; Ca-
none ueritatis et regula ſcripturæ, id quod ad uitæ ge
nus, mores et inſtitutum ueſtrum attinet, me fratrem Car
melitanum contemptim ſcribitis. Sed odium et mentis
perturbatio uobis impoſuit. Qui ſi æqui iudices et ue-
ritatis non ignari fuiſſetis, hoc ſane ſciretis, uerum
Chriſtianiſmum neſcire factiones & factionum uoca-
bula. Vnus enim author noſtræ religionis eſt Chriſtus
qui hanc, non aſinina pelle & plumbo, ſed ſuo ſan-
guine, ſuiſq; ſanctis uerbis inſtituit & confirmauit. Et
ſi in hoc noſtro ſancto ordine, nemo eſt ſanctiſſimorũ
Pauli, Cephæ, aut Apollo, multo minus uel Carmeli mõ
tis, uel alterius cuiuſpiam creaturæ erit, unde nomine-
tur, uel in qua glorietur. Veſtra eccleſia papiſtica hæc
nouit & habet uocabula, ut alij Canonici regulares,
alij, ut uos, ſine regula, quidam Franciſcani, quidam
Dominicani, nonnulli Benedictini, Bernhardini, & ſi-
milibus αἱρετικῶν nomenclaturis appellentur, Chriſti
eccleſia, eius ſcriptura & ſpiritu edocta, hæc non ag-
noſcit Chriſtianum igitur, & ſi peccatorem & inutilem
ſeruum, me agnoſco. Carmelitanum et ſectarũ hominẽ

me nego. Illi enim factioni (ſit gratia Chriſto liberato-
ri) ſemel ex animo renunciaui, nec ueſtra inuida & te-
meraria appellatio, me eius ſectæ profeſſorem uel poti-
us mancipium efficiet. Propter ueſtrum affirmare uel
negare nihil mutabitur in re, ut uulgo dici ſolet

Sum autem (ſi ſcire libet) Petrus Laurentij, Ciuis Mal
mogenſis, et eius Academiæ in ſacris literis lector, &
harum iuxta menſuram & donum ſpiritus dei, inter-
præs. In domino legittimus coniunx, Chriſtiani ordinis
et nullius factionis homo

Apoſtatam præterea appellatis, ſi uel hac contume-
liæ uia, ab expoſtulationis inſtantia & exactione effu
gere uobis liceat, Sed ueſtro more ἀποστάτου uoca
bulo utimini plus longe ſecus, q̃ ſcriptura uel uete-
ris uel noui teſtamenti, unq̃ uſa eſt, At tales artifices
non mirum eſt, ſi quem affixerunt ſcripturæ cæreum
naſum, etiam huc quoq; ipſum flectant, alioqui, dum
ſic ſemel canonicis decretum eſt apoſtatam ſcilicet ap-
pellare, non poſſent alias, ſatis contumelioſo nomine
animum erga me ſuum patefacere. Porrò ſpiritus ſapi-
entiæ domini in Eccleſiaſtico, Prouerbijs, in Petro &
Paulo apoſtolis ἀποστασίαν, defectionem ſiue rebellio-
nem à ſtatu fidei & mandatorum dei ad diuerſa dog-
mata opera & traditiones, uocat, ut docet aperte ſcrip-
tura, Verum ſi æquo marte & æquis ſub iudicibus certa
re nobis liceret, ſermone ueritatis, deſpiceremus, utra
pars uel noſtra uel ueſtra, iure cenſenda eſſet apoſta-
ta, etiã eo modo impropriè utendo nomine ἀποστάτης

quo uos utimini,ad defectionem,à primeuo ueſtro et meo olim ſactionis inſtituto. Et non minus appareret à prima canonicorum ſiue regularium inſtitutione uos apoſtataſſe. q̃ diſtat et deficit mendacium à ueritate et lux à tenebris. Canonici igitur non eſtis. Sed quid et qui ſitis,nunc prudens tacebo,cum mundus propemodum uos non obſcure ſcire et agnoſcere incipiat

Subit item ueſtrum παράδιγμα ex Salomonis parabolis ſumptum,quod in tam ſeria cauſa in me torquetis, Sordidum(ut ueſtris utar uerbis)apoſtatam ore gradi peruerſo,et omni tempore iurgia ſeminare. Hic ſi à uobis rogarem. An ſpiritus dei hæc de ἀπόςασι uera,an à uobis et ſimilibus conficta loquatur. An de illa quæ eſt à factione carmelitica et ſimilibus,ſiue ab humanis excogitatis cæremoniolis, et hypocritica dæmoniorum doctrina,uel de defectione à lege domini et uerbo dei,ad hæreſes,et humanas doctrinas et errores Quid reſponderetis,an ne puderet uos aliud dicere, q̃ quod ſolum de uera apoſtaſia a deo loqueretur,qui integerrime ad uerbi dei & mandatorum eius obſeruationem ubiq; fideliter admonet,& ab hijs que carnis & non dei ſunt,procul fugiendum ſemper docet, Hic rurſum intelligo pleroſq; ueſtrum,qui ſapientiores uideri uolunt. ſic intelligere & tenere ſacras Solomonis & alios libros,quemadmodum μόνος ἀγεῖ μυςῆρια Veruntamen ſi ita collibitum capitulo fuerit,lubens permitto ut apoſtatam, in uindictam Expoſtulationis, uocetis], Hoc enim titulo uere in domino gloriabor, quod ab apoſtaſia,quam uocat Paulus, atq; à ueris apoſtatis, ſim

apoſtata, Colligite ergo ſic, Tu es frater Carmelitanus & apoſtata. Et conſiderate qua dialectica coherentia iſta ſibi conſtant, ut idem qui ueſtro iudicio adhuc ſit frater carmelitanus, ut ſcribitis, talis manens, ſit pariter apoſtata, iux ta rationem nominis apoſtaſiæ quam fingitis Sed huius nouæ ſapientiæ Μυςήριον non aſſequor. De noſtra (ut duobus uerbis cōcludā) ἀποςασι à facticia religione, in ſcripturis nuſquam reperietis, ad ſcripturæ ſenſum. De ueſtra autem Petrus & Paulus apoſtoli & inſignes prophetæ, pleraq;, que euentus uera hactenus probauerat, poſteritati ſcriptis commendarunt. Et ſacra ἀπόκαλυψις eius Μυςηριά, copioſe & uere tractauit, & myſticôs deſcripſit

Eſt & aliud crimen quod non tam impudenter q̃ mendaciter obijcitis, ꝙ hæc noſtra noua (ut dicitis) doctrina, ſit inimica pacis, obedientiæ & religionis. ꝙ ſit fraudulenta impietas, pulcherrimi ordinis conſpurcatrix, ꝙ ſeditiones & tumultus, rapinas et ſacrilegia, et bella exuſcitet. Exemplum additis Germaniæ, Daniæ & Noruagiæ, quæ ob noſtram doctrinam (ut uultis) bellorum incommoda & mala ſuſtinuerant. Timetis itidem adhuc maiora & grauiora, niſi iuxta ueſtrum deſiderium à nobis ſpiritus hic noſter tormentis exigatur, Hanc paßim canitis ἄσμα, ut uel ſic principes & alios in caput & ſanguinem noſtrum exſuſcitetis, cum deſit uobis ſcriptura & ueritas. quibus noſtram doctrinā repellatis. Hæc ſi micula ſalis & cognitionis ueritatis in uobis eſſet, tam inuida inania & opprobrio plena

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

non diceretis. Cum præter Euangelium pacis conſcien
tiæ, ueræ mandatorum dei obedientiæ, ueræ item chri-
ſtianæ religionis, quæ eſt in ſpiritu & ueritate, non in
larua & hypocriſi humanæ traditionis, nihil doccea-
mus Et hæc noſtra doctrina, nihil eque facit, quam ut
ueſtram & aliorum, uere fraudulentam impietatem
fraudem & hypocriſin detegat, ut ueritas & uera
pietas eccleſiæ dei, reſtitui poſsit, & ſoli deo hoc attri
bui, quod impietas & hypocritica fraudulentia ſibi
falſo uſurpat, maxime in negotio ſalutis humanæ. Eſt
& pulcherrimi ueri ordinis fotrix & decoratrix,
ordine docens quid deo & quid homini, iuxta ſcrip-
turam, debetur, quid magiſtratui & principibus, quid
item alijs, ut charitas concordia & publica pax conſer
uetur. Vt ueritas uerbi dei, mendacio & humanis tra-
ditionibus præferatur. Vt deo magis quam hominibus
quis pareat, ut ordo poſsit inuiolatus conſeruari, quem
Chriſtus, Apoſtoli Sancta primitiua eccleſia conſti-
tuit & obſeruauit, nec temere ab ullo quantumuis mag
no prudente ſacto &c. uiolari. Et cum noſtra doctrina
ſit Euangelij pacis, ſæditiones, rapinas, bella & ſacri-
legia inter ueros chriſtianos dedocet. nec hos Chriſtia
nos eſſe, qui huiuſmodi faciunt, docet, Quid huc atti-
net exemplum bellorum Germaniæ, Daniæ & Nor-
uagiæ? Nonne à mundi exordio etiam ante Euange-
lium predicatum, ubiq; terrarum belligeratum eſt?
à Nemrotis, auaris, ſuperbis, & impijs, nec huius mali
finis, ante mundi finem ſperandus eſt, Si quid ſtulte te
merarie & impie, attentatum eſt per nigrorum ruſtiã

corū factionem & imperite multitudinis concurſum et
audaciam, queſo, quid culpe hic euangelio affingatis?
Quod nedum docet obediendum in rebus ciuilibus
magiſtratui, & ſubditos eſſe, ſed etiam iniuriam ob
res externas patienter ferendam. Et tollenti pallium
etiam tunicam dimittendam, tantum abeſt, ut aliorum
res inuadere ſinat. Sic docemus, huiuſmodi noſtra eſt
doctrina (etiamſi nonnulli à ſpirtiu huius doctrinæ, ad
carnem deflectant, & ſpiritus libertatem in carnis licē
tiam uertant, Et ſic docendo, uehementer & religioſe
timetis, ne maiora rebus humanis immineant mala. ſi nō
comprimamur & nobis ſpiritus noſter intercipiatur.

Sed quid Euāgelium noſtrum excuſo? quid à ueſtra
incuſatione uindico? cum tamen re uera ſit, inimicum pa
cis, ſed pacis carnis & eius quam mundus dat. Et eius
quam in peccatoribus diuinus pſaltes zelauit, quam nō
uenit dominus mittere, ſed gladium diſſentionis & tu
multus inter credētes & incredulos, inter ſpiritū & car
nē Eſt inimicū obediētiæ, ſed obedientiæ humani precep
ti cōtrarij ſaluti & uerbo Dei, cui plus obedire oportet
q̄ hominibus Aduerſatur obediētiæ q̄ cōtra ſcripturā et
uerbū dei exigitur in humanis præceptis cuiuſmodi eſt
obediētia, quā uel ſtulte promittūt plærīq; uel impie ma
iores exigūt et extorquent à minoribus, quæ eſt ueſtræ
eccleſiæ & ueſtri Cleri, per quā à uera obediētia cū dei
tum magiſtratus, paßim ueſtri impediuntur, et a
uocantur, ut uobis ſeruiant et ueſtris traditionibus
Eſt item hæc noſtra euangelica doctrina, inimica relli

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

gionis falſæ et hypocriticæ, quæ ſpeciem et titulum ha-
bet religionis et cultus dei, et tamen nihil eſt, niſi hu-
mana excogitatio et conſtitutio. quæ opprimit ueram
religionem, fidem, et uerum dei cultum. qui eſt in ſpiri
tu et ueritate, non in externis cerimonijs, pompis, au-
ro argento imaginibus et ceteris ornatibus, falſis in-
dulgentijs fraternitatibus, cantibus, miſſarum multipli
cationibus et huiuſmodi hominum figmentis, quæ ua-
nam fiduciam generant, & à uera religione elongant
ut etiam Chriſtianus ille Cicero Lactantius de falſa
religione diligenter meminit. Præterea hæc externa et
noui cultus religio, ad diuerſum regnum à regno Chri
ſti, attinet, ut teſtis eſt Daniel. ca. xi. ideo non mirum
ſi huic inimica, ſit Chriſti doctrina. Pulcherrimi quoq;
ueſtri ordinis conſpurcatrix eſt (uobis iudicibus) eò
ꝙ non conformat ſe hæc doctrina et ſeruiat ueſtro or
dini, id eſt ueſtris traditionibus, moribus et conſuetudi
nibus. ꝙ non alligat conſcientias hominum ſub ullo or
dine pure humano. qui non eſt ſecundū domini precep
tum, ꝙ non docet neceſſariam ſeruitutem, raſuræ, olei,
ueſtium. ceremoniarum etc. ſub illis eccleſiarum
magnatibus, qui nulla in re nomini et officio ſuo re
ſpondent, qui contra ordinem ſuum, præter omnem
ordinē uiuunt & agunt, Sed ſolum ſecundū, ſic PLA
CET ſic LIBET. Conſiderate & uos quantum à
pulchro ordine uere primitiuæ eccleſiæ lapſi eſtis, ad
quem horrorem, & quam confuſionem, Et manticam à
tergo pendentem reſpicite

Rurſum hoc dico ꝙ noſtra hæc doctrina docet

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

magiſtratus honorem et obedientiam ciuilem, po-
pularē ſubiectionē, pacē et cōcordiā. Sacerdotū et mi-
niſtrorū uerbi preciput delectū et talē electionē, qualis
eſt apud, D. Paulum & primam Chriſti eccleſiam, op-
time inſtitutam. Minor autem eſt quin potius nulla cura
de horum unctione, tonſura, ueſtium delectu, miſſatio-
ne. Vult eos potius ciues eſſe, ſub magiſtratus & pote-
ſtatis obedientia, q̄ priuatos et absq; ciuili obedientia,
ut ſunt ueſtri contra ſcripturam exempti. Vult eſſe do-
ctos, & diuinarum ſcripturarum peritos, non ſtupidos
& ignaros in re ſacra. &c. Vult ut eo ordine & modo
res ſacræ tractentur, quo ſint ad populi edificationem
&c. ut intelligat populus & pariter gratias agat. Et
edificari poßit. Talis eſt ordo quem docet noſtra do-
ctrina, Qui ſi apud uos ſpureus eſt, apud nos tamen pu-
rus & Chriſtianus eſt,

Porrô q bella. ſeditiones. &c, exſuſcitat, hoc quoq;
uerum eſt, ſi magis ſpiritus q̄ carnis, bella & ſeditio-
nes. & animorum diſſentiones inter fideles & infide-
les, pios & impios, intelligitis, Pro hoc bello ineundo,
docet noſtra doctrina Ephe. vi. ſcutum, galeam, gladiū
& cetera arma ſumenda, quibus Satanæ & infenſißimis
hoſtibus reſiſtatur, & uictoria in Chriſto paretur. Et
hæc noſtra arma ſpiritualia ſunt, potentia deo, et non
carnalia, ut ueſtra cum brachio carnis &c

Et ſi ſacrilegiū ſit docere, ſtatuas et ſimulacra (quæ ſūt
et fuerunt idolatriæ magna occaſio, et horum ornatus
pauperum deprædatio) de templis auferēda eſſe, et pro
horum uano et ſtulto ornatu precio et ſumptu, ueris do-
mini imaginibus, pauperibus, et egenis prouidendū eſſe

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

& ſuperfluum templorum thęſaurum, etiam iuxta ue ſtra decreta, in uſum eorumdem conuertendum, qui ſunt potius uera Chriſti eccleſia, quàm iſta cerimonialis, & lapidea ocioſis uentribus plena & uocum ſtrepitu & labiorum honore referta abſq; pietate & uera fide, Si hęc ſacrilega ſunt, tunc & noſtra doctrina ſacrilega eſt. Et ſacrilega eſt diui Hieronimi & ueſtrorũ decretorum doctrina, que nobis in hoc ſacrilegio cõſentit

¶ Nunc demum ad ſummam noſtrę expoſtulationis ueniamus. Cũ ego multis clariſſimis atq; irrefragabilibus ſcripturę, conciliorũ, canonũ, & ſanctorũ patrum, ac lõgiſſimi eccleſię uſus, teſtimonijs declaraſſem, utramq; partem integritatis Sacramenti Euchariſtię, omnibus chriſtianis dandam. Et duo tantum eſſe ſacramenta noui teſtamenti, quę ex Chriſti inſtitutione & fundamento ſcripturę ueras ac precipuas habent ſacramentorum cauſas & rationes. Item & coniugium ſacerdotum, uerum legittimũ ſanctum & indiſſolubile eſſe.

ECCE quid iſti ſine cerebro homines. Cũ nihil aliud poſſent, ſuo more, hoc eſt ſtupide, Ethnice & contemptim, in hunc modũ reſponderunt. ¶ Impia autem illa doctrinę tuę fermenta, expoſtulatrici epiſtolę inſerta De utraq; ſacramenti ſpecie laicis danda. De ſacrilegis ſcortis ueſtris pro uxoribus legittimis tutandis. Deq; ſacramentorum non debita confeſſione. PLACVIT in preſentiarum. EXECRANDO contemnere & CONTEMNENDO prętererire. Sicq; tam difficilis hic expoſtulationis κόμβος hoc flatulo ſolutus eſt abſq; magno negotio. Non enim uacat domino ca-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

pitulo,caput ſuum gravi ſtudio pro apta reſponſione
danda amplius conturbare

Sed cauſas huius tam facilis & expeditæ reſponſionis
paulò altius intueamur, Primũ quia ita PLACVIT
dominis meis Ideo Chriſti inuiolabile & neceſſarium
inſtitutum, & uſus utriuſq; partis ſacramenti. Et legiti-
timum ſacerdotũ cõiugiũ, ſacta ſcriptura. antiquo eccle-
ſiæ uſu, & ſacrorum ueterum Canonum authoritate
probatum, hæreticum fermentum eſt, quod execratione
maledictione atq; contemptu abijciendum & prætere-
undum eſt. Quæſo quid magis Ethnice imò quid blaſ-
phemius dici potuit, uel à ſathana ipſo, contra Dei or-
dinationem & ſanctum decretum, quæ non niſi ab exe-
crationis filijs execrari poſſunt, Atq; hæc una pars ue-
ſtræ mercedis eſt contempti uerbi Dei & pertinaciæ
hypocriſis ueſtræ, quod cæci cæcorum duces præcipites
ruitis aduerſus Deum, & Andabatarum more pugna-
tis in clarã & apertam ueritatẽ Dei, quia PLACET
uobis. O grauis & ſtupenda placentia & horrendum
Dei iudicium, contra uos, quod modo ab oculis ueſtris
abſconditũ eſt, donec manus domini uos cœperit &ce,

¶ Additis & alterã cauſam, cur apertum Dei uerbum
& inſtitutum execramini, & blaſpheme contemnitis, &
expoſtulationem reſponſione indignam ducitis. Ne for-
te ſcilicet ueritate, digna reſponſione reuocata, & pe-
nitus introſpecta, de dato iudicio aduerſus pauperes
Chriſti ſeruos, dubium oriri poßit, etiam apud uos qui
aßidebatis Neue ἀπόπατος nuperorum paparũ & cõ-
ciliorũ, apertis uerbi & ueritatis apothecis grauius uo-

D iiij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

tis olere incipiat, Conſulte igitur (per carnis pruden-
tiam) factum uidetur, camarinam illam (ueſtro iudicio)
intactam relinquere & ſolum quod facitis, execrari &
maledicere, clauſiſq; oculis, à luce ſcripturæ & ueritatis
pugnare, pro quibuſdam pridianis concilijs & ueſtris
conſuetudinibus, ut tandem in hoc bello deficiatis

ℭ Iam expertus noui ſpem non
eſſe reliquam, ut uetus ueſtra podagra, & conſuetudi-
nis ueſtræ morbus medica recipiat manum, cū mea nihil
uos mouerit expoſtulatio de præferendis, canonum au-
thoritate, ueteribus concilijs & decretis, hijs quæ poſtea
nata ſunt. Et quod hæc quæ ab initio de iure effectum
ſortiri non poſſunt, etiam temporis tractu & preſcripti-
one, cōualere nō poſſūt, ut ueſtra quoq; decreta aſſerūt

Pergite igitur, quia ſic decreuiſtis, & noua ueſtra cō-
cilia uerbo dei minime innitentia mordicus obſeruate,
potiſſimum quæ uobis lucro bonori & carnis tranquil-
litati ſunt, & uetera omnia contemnite, & maledicite,
ut de quo regno ſitis, palā declaretis, ſitiſq; cōſtātes
& non leues uiri, ueſtræ eccleſiæ atq; omnium, quæ lu-
crūſpirāt, ceremoniarū & cōſuetudinū propugnatores

Dicitis item, ut prorſus abſq; negotio effugiatis, no-
dis & cauillis argumentorum meorum per patres &
concilia abunde ſatiſfactum eſſe. Sed ueſtra uenia, hic
rurſum ueſtro more ueritati nimis parcitis. Quomodo
quæſo per immortalem deum, uere ſatiſfieri poterit uel
mihi, uel ulli fideli homini, qui aliquid mentis habet per

impia hominum decreta per uana & temeraria cõcilia uerbo & uero dei ſpiritu carentia, per arrogantes & Chriſto contrarios Papas, qui cum ſuis concilijs aduerſus dei uerbũ & inſtitutũ decreuerunt, pro ſuo dominatu, ſuæ eccleſiæ pluſq̃ mundana gloria, carnis ſecuritate, & libertate, cõtra Chriſti cœnam, contra liberum omnibus, ſanctum coniugium, contra ſancti uerbi Dei predicationem & doctrinam, contra ueram obedientiam principum & cetera plurima. Nunquid hoc apud ueſtram ſapientiam, eſt aperte ſoluere nodos argumentorũ, contraria ſcilicet diuinæ ſcripturæ ſtatuere, abſq; cauſa, Imò ne ulla quidem poteſt eſſe cauſa, temerandæ & uiolandæ diuinæ legis, per hominum affectus & traditiones

Conſtans perpetuo mihi mea perſeuerabit expoſtulatio, quæ triadi illi ſacræ innititur, ſanctæ ſcripturæ Sacratiſſimorũ ueterũ cõciliorum authoritati. Sanctorũ patrum dogmatibus. Veſtra concilia hæc posteriora, dogmata, & decreta quæ hijs opponitis, nihil ueræ ſcripturæ, nihil cauſæ habent, niſi ſic PLACET ſic uolo ſic iubeo. Habent ſcripturas nonnunq̃, ſed male tortas, Quomodo igitur uere & aperte uel ſoluerent uel ligarent noſtros cauillos & nodos?

Omiſſis alijs quæ uel mendaciter, uel temere chartis illinitis, hoc tandem ueſtrum dogma ſilentio non duxi pretereundum. Quod ſacra ſcriptura ſiue ſacræ literæ, eeccleſiæ authoritate nobis ſacræ ſunt, Quaſi id quod in ſe ſemper, ſua natura, tanquam à Deo profectum dictũ & mandatũ, ſanctũ & ſacrũ extitit. ſacrũ

& ſanctum non eſſet, niſi eccleſia ipſum ſanctificaret & niſi eccleſiæ conſenſus & authoritas ad ipſum ſacrandum accederet, De uerbo loquimur, non de ſcriptis litteris, Et hoc uerbum eſt mater & genitrix ſanctæ eccleſiæ per fidem, quod & ipſam ſanctificat. Et omnes qui eidem uerbo credunt filij dei ſunt, & hæredes regni eius. Hæc licet uidere Ioannis, xvij. Ioan, i. Romano. viij, i. Corint, iiij, Ephe, v. Per uerbum item ſcripturæ, cognoſcitur uera eccleſia, ut inquit Chryſoſto, homili xlix in Math. Præterea, auditus eſt per fidē, fides autē p uerbū dei, Eccleſia nō eſt eccleſia niſi p fidem à uerbo genitā. Conſequitur proinde. Verbum ſanctæ ſcripturæ prius eſſe, natura, ordine & dignitate, ipſa eccleſia, à quo ipſa ſanctificatur, non quæ ipſum ſacrat, aut authoritatem & ſanctificationem ipſi tribuit, Et Paulus cæteriq; ueri uerbi præcones eccleſiam per uerbum parturiunt et gignunt, donec rurſum adulta, concepto ſemine uerbi, ipſa Chriſtum in ſe formet & uiciſsim generet Gala, iiij. Omnis item ſcriptura ſacra ad Chriſtum dirigit et de ipſo teſtatur, Ioannis quinto, quomodo igitur non prius ſacroſancta & authoritatem primam habens?

Sed imponit uobis non ſatis intellectum Auguſtini dictum, Euangelio non crederē, niſi me eccleſiæ authoritas commoueret, Loquitur primum hic Auguſtinus aduerſum manicheos, quorum euangelio & doctrinæ peruerſæ, ideo ſe credere nolle dicebat, quia extra Catholicam Eccleſiam, impij hæretici erant, à cuius & uerbo et fide ſe elongauerant. Ideo minus illis cre-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

diturus erat. Sed uero euangelio ſe (paulo poſt) dicit cre-
dere, quia à catholicis ſyncere predicaretur. Secundo
ſic accipienda ſunt ut præcedentia & ſequentia indi-
cant, Auguſtini uerba. Quod euangelio non crederē
niſi tanto eccleſiæ, non Romanæ, non Hieroſolomita-
næ, ſed totius orbis conſenſu inter gladios & grauiſ-
ſimas perſequutiones tam cōſtanter à fidedignis præ-
dicaretur. Sicut non crediſſemus euangelio, niſi no-
bis per apoſtolos & apoſtolicos uiros fuiſſet prædica-
tum, quomodo enim alias ſciuiſſemus euāgelium fuiſſe?
An mox hinc ſequitur, ergo eccleſia, ſacrū uel ſanctū
fecit euangelium? Et eſt maioris authoritatis quàm ip-
ſum uerbum et euangelium? Nemo hoc ſane mentis di-
xerit, Cum dictum ſit nedum eccleſiam ſed & cœlos
factos et firmatos uerbo domini. Et ut inquit Iacobus
ipſe deus uoluntarie nos genuit uerbo ueritatis ſuæ
Nemo rurſum putet tam ſtulte ſapientem Auguſtinū
ut diceret ſe magis credere eccleſiæ quàm euangelio,
& hominibus, quàm deo cuius eſt uerbum et euangeliū

Calumniamini item hæreticum & hæreticorū more
pertinacem me non prebere docibilem deo, nec accipe-
re ſcripturam, nec conciliorum & patrum interpreta-
menta. Sed hoc rurſum ueſtro more, id eſt mendaciter
& peruerſe dicitis. Cum (teſtibus doctrina, ſcriptis no-
ſtris & toto mundo piorum) ſcripturam ipſam, eiuſq;
germanam interpretationem ſolam mordicus tenea-
mus & ſequamur. Et quicquid in ſacris concilijs & pa-
trum dogmatibus ex ſcriptura & ſcripturæ conſenta-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

neum inuenimus,hoc reuerenter & obuijs manibus am-
plectimur.Sed quod huic diſſentiens & contrarium
fuerit,hoc reijcimus uel præterimus,quemadmodũ do-
cet ipſe diuus Hieronimus & Auguſtinus. & iubent
ipſa decreta.Diſtinct.ix.ferme per totum,Nos ſcriptu
ram pure amplectimur,& eos qui proxime ipſam ſe-
quuntur et interpræ tantur.Et alios,aliorumq; cõmen-
taria cum delectu legimus, attendentes ſpiritum do-
mini et ueritatis in ipſis , non titulos antiquitatis aut
multitudinis,neq; an priſci aut neoterici ſint qui ſcrip-
ſerunt ¶ Vos autẽ,absq; delectu,quicquid ſomniarunt
papæ,nupera concilia decretiſtæ, & opinionum do-
ctores,ſiue cum ſcriptura,ſiue contra ipſam fuerit(ma
xime ſi uobis placuerit,et moribus ueſtris arriſerit)am
plectimini,& pertinaciſſime tenetis,Si quid hijs con
trarium extiterit,etiam maxime probatum ſcriptura,
ſanctis concilijs,ſacris antiquis canonibus,patrum do
ctrinis et ſcriptis,absquè delectu mox reijcitis & da-
natis.Vt omnia quæ ex ſcriptura &c.in expoſtulatio
ne execrabamini et contempſiſtis,quia moribus, con-
ſuetudinibus & clementinis ueſtris non probabantur.

Et hæc quoquè pœna impietatis eſt, quam domi-
nus de uobis(ſed adhuc uobis ignorantibus,in hac pa-
ce carnis ueſtræ)ſumit,ut cœcitatem,blaſphemiam,ſan-
ctæ ſcripturæ contemptum , et execrationem, uos ipſi
ſcriptis literis prodatis,ut myſterium impietatis ueſtræ
quod prius latuit mundũ.tandem manifeſtum fiat.
Quod et Paulus prædixit fore,ut qui ueritati reſiſtũt

borum tandem dementiam manifeſtam fieri, ut mun-
dus quoq; et maxime fideles, apertam cognoſcant im-
pietatem

Quod mihi tandem imprecamini ueritatis agnitio-
nem, id eſt illius quam uos habetis erroris profeſsionē.
Et ab hac mea cæcitate, illuminationem, hoc eſt meram
qualem uos habetis cordis cæcitatem, Præcor & præca
bor dominum, ne uos exaudiat, ſed ſua benignitate &
miſericordia, ab hac in æternum conſeruet me, Amen

Hæc domino Capitulo, paucis reſpondere decreui,
Et cum in plurimis ex diuinis ſcripturis et ſanctis pa-
tribus, cum ipſo diffuſius egiſſe iure potuiſſem, uolens
tamen ac prudens abſtinui, Cum expertus ſciam, ipſum
execrando contemnere, & cōtemnendo (ſolidam ſcrip-
turam) præterire, & nihil illi gratum eſſe. niſi id quod
ipſum ſapit, docet & facere ſolet, ex clementinis ſuis
ſynodalibus, & huiuſmodi ſacris ſcripturis

Quod ſi liberiorē ægre tulerit reſpōſionē, & paulò
acerbiorē (calumniæ ſuæ) confutationē putauerit, ſciat
ſe anſam præbuiſſe, et ſuo aceto, me plus æquo perfu-
diſſe. Ego aſpergines illatæ calūniæ, & ſordes men-
dacij illius diluo, & Chriſti ueritatē aſsero. Impium ne
nouit, capitulum, ad impietatis crimen eſſe mutum?
Et ſi capitulum uocalis ſit luſcinia (ne dicā graculus)
ſciat me non eſse ſeriphiam ranam, Non ſuſtinet diuus
Hieronimus patientem & tacentem Chriſtianum, in ca
lumnia hæreſeos ¶ Hijs qui in Capitulo contra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

me et ueritatem Chriſti mendaciter et contemptim a-
gunt, reſpondeo, Cum alijs mihi res non eſt.

Non me latet, Lundenſe Capitulum pios & erudi
tos habere uiros (etſi pauciores quàm deceat) qui-
bus diſplicet, iniuria ueritati & æquitati facta, atq; ſtul
ta quorundam conſilia, qui deſyderant æquiora & ſa
niora quàm quæ nonnulli attentant, Inter quos pri-
marium habet locum & honorem, eximius ille antiquæ
nobilitatis uir, Magiſter Nicolaus orne, præpoſitus,
homo non minus pietate q̃ inſigni Chriſtiana doctri-
na & èruditione bonarum literarum conſpicuus. Cui
nihil eque placet, atquè gloriæ domini promotio &
ueritatis Chriſti ſyncera profeßio, nihil magis diſpli-
cet, q̃ impietas pietatis imagine tecta, q̃ mendacium &
pertinacia erroris. Et quicquid gloriæ dei, atquè pau
perū ſaluti aduerſatur. Qui ſi cōſilijs ueſtris adſuiſſet
æquiore iudicio, pauperū euāgelij exulū cauſa tractata
fuiſſet, ubi conſilio potius q̃ ui iudiciū peractum exti
tiſſet. Sed quia ſic fieri oportebat, in ueſtram tandem
ignominiam. Ideo ſic domini quoquè decretum erat,
ut ille non adeſſet, ne qua labe criminis illius iudi-
cij contaminaretur. Habet & alios nobiles pru-
dentiores, q̃ ut iniquis & iniuſtis conſilijs et iudicijs
adeſſe uoluerint.

Habet èdiuerſo impudentes, ſtupidos et ueræ do-
ctrinæ & pietatis ignaros, qui tum optime ſe ſuo fun-
ctos officio arbitrantur, ſi hypocriticas humanas tra

ditiones utcunq; obſeruauerint, ſi ſæpius miſſaue-
rint, ſacrum ſacerdotum coniugium impudenter blaſ-
phemauerint, ſacrilegum ipſi ſacrilegi uocauerint, &
uiæ ueritatis domini maledixerint. Horum bona pars
eſt Dominus Cantor ille, qui non deſinit apud quoſuis
ignaros & ſimplices canere, & nos hæreticos. ſchiſma
ticos, ſacrilegos, excommunicatos, & quid nō? appella-
re, nec ſemel uel audet uel poteſt noſipſos conuenire.
& præſens, nobiſcum expoſtulare de hæreſi, uel alijs.
tantum enim maledicere ſed nihil probare poteſt. Ha-
bet alios quoſdam ſimilis eruditionis, animi & nego-
cij homines, quos dominus cito ueniens uiſitabit, niſi
reſipuerint. Dominus Ieſus det adhuc Capitulo ſanio-
rem ſpiritum, & os ueriora loquens ad gloriam dei &
ueræ ſanctæ eccleſiæ ædificationem. Quod ſi capit-
tulum ex animo hæc non uoluerit & optauerit, præci-
pitet ipſum dominus in tenebras & mentis cæcitatem
huiuſmodi, ut ea attentet & faciat per quæ mundus
aperte eius intelligat impietatem, ut tum demum ab ip
ſo & ſimilibus hypocritis cauere poßit. Amen. Valete
Malmogiæ. Feria tertia proxima poſt Michaelis. An-
no domini. M.D.XXXIII.

Petrus Laureutij

DE SACERDOTVM SANCTIS CONIVGIIS

deque aliorum ſacerdotum impuris ſcortationi-
bus Axiomata per Petrum Laurentij

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

i SAcerdotum coniugia, ſancta, honeſta et legiti-
ma eſſe, teſtatur ſacra ueteris et noui teſtamen-
ti ſcriptura, & ſanctæ ſcripturæ exempla idip
ſum comprobant

ij Sancta antiqua concilia, ueteres canones, ſancto-
rum patrum dogmata, probatæ hiſtoriæ, et ueræ eccle-
ſiæ uſus, libertatem & honeſtatē ipſorum aperte docet.

iij Adulterium & ſcortationem Epiſcoporum et ſa-
cerdotum condemnat omnis diuina ſcriptura tanquam
immunda & ſacrilega, atq; æternæ dānationi obnoxia.

iiij Sacra antiqua cōcilia, patrum dogmata, ueteres
& noui canones ipſorum ſcortationes & adulteria, pa
ri modo execrātur, & pœnis digna decernunt

v Primum, quia hij ſcortatores ſacerdotes, deo et ho
neſtate carēt decernūt ut careant eccleſiaſtico officio
& beneficio Diſtinct. xxxiij. cano. Decernimus

vi Et quia eccleſiam ſua impuritate offēdunt, extra
eccleſiā abijciantur, inter laicos cum rubore pœnitentiā
acturi. ea. diſtinct. cano. Preſbiter

vij Ob dictam offenſionē cum dei tum eccleſiæ, ſunt
iure diuino & canonico excommunicati. i, Corinthi. v.
Et diſtinct. xxxij, cano. Nullus & ca. præter

viij Et quia mandatum domini contemnunt & con-
iugij uel puritatis honeſtatē aſpernantur, ſunt infames
iij. q. iiij. cano, Conſanguineorum. Et vi. q. i. ca, infames,

ix Epiſcopi ſcortationes ſacerdotum ſcientes &
non efficaciter prohibentes, uel pro hijs munera acci-
pientes, ſunt canes impudici Diſtinct. lxxxiij. ca. Nemo,

x Et cum ſuum in hoc quoq; negligunt officium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

ut curent ne impia ſcortatione eccleſia offendatur. Sūt iure depoſiti & deponēdi ab epiſcopatu. ea, diſtinc. ca. Si quis

xi Sunt & alij plurimi canones, qui ad has pœnas ſcortatorum & adulterorum concubinariorumque plures addunt & iure decernunt

xij Canones coniugium ſacerdotum cōmendantes & permittentes, ideo ſancti ualidi & irreuocabiles ſūt quia cōſentiūt diuinis ſcripturis et ex ipſis robur habēt.

xiij Paparum, et ſequentium conciliorum canones. cōiugium ſacerdotibus prohibentes, impij ſunt. & robore carentes, quia ſanctis ſcripturis, & ueteribus canonibus aduerſantur.

xiiij Canones ueteres & noui qui adulteriū & ſcortationem ſacerdotibus prohibent pij et chriſtiani ſunt, quia ſcripturis conſentanei.

xv Miſera eſt papiſticorum ſacerdotum conditio, qui lege domini fornicari, cōcupiſcere. & uri prohibētur. Et lege hominum tyrānica, legitimas ducere uxores uetantur

xvi Igitur qui ſe cōtinere caſtos nequeunt, dirūpāt impia humanæ legis uincula & proijciant impiæ conſtitutionis hominum iuga.

xvij Et magis obediāt deo, cuius ſpiritus iubet ut ſuā quiſq; (nullo excepto) habeat uxorē. & ſi ū quæq; uirū.

xviij Quia honorabile eſt inter omnes coniugium et cubile in pollutum Scortatores autem & adulteres iudicabit deus.

τέλος

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

[illegible]

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2

foto 154774

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 125 8° copy 2